PARAPHRASIS NOVA PRAETER DICTA

aliàs in Collectaneis, ad titu.
de iusti.& iu.& de ori.iu.

M. MANTVAE BENAVIDII
Patauini Iu. Conſ. Comitis Palatini, &
prima in Sede patriæ ſuæ, Iuris
Cæſarei, matutini
interpretis.

Addito commentariolo not.l. ſunt perſonæ
ff.de reli.& ſump.fu.



PATAVII.
Apud Gratioſum Perchacinum.
M D LXII.

AMPLISSIMO VIRO atq; Miletenſi Antiſtiti Reuerẽdisſimo Quintio à Ruſticis D. & patrono ſuo ſemper obſeruandiſſ.

S. P. D.

VERE Amplisſime vir, & mi Pater Reuerendiſſime, omne tempus perit & inepte labitur, quod ſtudijs nõ impartitur, vſque adeo vt ſenex, ſeneſcam magis ad reliqua omnia, ad ſtudia vero iuueneſcam in dies, ea de re cum phraſim à me alias conſcriptam, ad titulum de iuſticia & iure, deqúe origine iuris præter dicta olim & in Collectaneis ſatis (ni fallor) exũdãtia & copioſa, his diebus, quantum tamen licuit per ocium, recognouerim, eam ipſam edere ſtatui in ſtudioſorum adoleſcentum gratiam, addito quoque Commentariolo ad l. ſunt perſonę ff. de religio. & ſump. fu. ſed quoniam more maiorum dicanda erat ac celebri gratioſoqúe magni cuiuſquam viri

nomini conſecr anda, vt olim priſci Numini, ſi quidquam æternum eſſe volebant, nulli magis quã tibi, qui & nobilitate generis, quod ad originem maiorum tuorum ſpectat, præſertim magni illius Cardinalis à Vallibus Patrui tui (cęteris de induſtria prætermisſis, qui tamen multi fuerunt, omniq; virtutũ omniũ genere præſtantisſimi, quiq; in præſentiarum ſunt & florent) Iuriſconſulti omnium ſui temporis eminẽtisſimi, & grauitate morũ, & vitę ſanctimonia, iuſtic ia & integritate, aliſque tum animi tum corporis dotibus prętas, nulli inquam magis quam tibi debita eſt. Cupio ſolum vt lęto eam ſuſcipias animo, quod ſi feceris (vt ſpero) debebo tibi, tuoque nomini plurimum, debiturus plus etiam, quia iſtud vnum faciens Munuſculum hoc qualecumq; ſit, tibi non ingratũ fuiſſe cognoſcam. Vale Epiſcoporum decus, & Mantua tuo, vt ſeruo ne dicam amico, vtitor. Die 1. Ianuarij M D LXII. Patauij.

M. MANTVAE, NOVA PARAPHRASIS AD TITV. DE IVSTICIA ET IVRE.

Vlpianus lib. 1. institutionum.

IVRI operam daturũ: Quanquam in hac l. 1. dicatur, quod ius est ars boni & ęqui, sciendũ tamen arbitror, quandoq; quid bonum esse, sed non æquum vt in vsucapione siue pręscriptione hic glo. exemplificat & bene l. 1. ff. de vsuca. inducta a iure ciuili publice vtilitatis gratia, vt aliquando esset litium finis, ne'ue dominia semper forent incerta, quod & ibi latius not. vsque adeo vt nec pacto remitti possit, l. ius publicum ff. de pac. tradit Bar. in l. nemo potest nu. 20. ff. de lega. 1. & plus quod currit etiam cum mala fide dicto iure ac ratione prædicta, tametsi canonico secus decisum inueniatur c. male fidei de regu. iu. in 6. c. fi. de præscrip. declarat ad longum Gui. Papa in decisio. suis 189. per totum. Et nimirum, quia illud bonum corporis considerauit, istud vero animæ, & sic præferendum l. sancimus C. de sacro sanc. Ec. Calca. consi. 74. nu. 70.

Bono-

Bononien. multa in rub. de præscrip. nu. 66. extra. Est verum quoad pactum an valeat, quo præscriptio (vt diximus) remittatur, quod Cautelam docet idem Bar. in d. l. nemo potest in pe. col. quam sequuti sunt in suis Veronen. 19. & 68. si agatur & conueniatur in instrumento, quod finita præscriptione, quis iterũ deberi incipiat & totiens quotiens fuerit completa & probatur egregie in l. sicut in annos ff. quib. mo. vsuf. amit. & in l. quod si nolit in §. si quis ita ff. de edi. edic. Et ita dicit etiam Bal. in l. 2. C. vt in po. le. & Ange. in l. centesimis in fi. prin. ff. de ver. ob. idem Bar. & docto. in d. l. 1. Flo. in l. si vsufructus ff. quib. mo. vsuf. am. Cap. Tholosa. q. 220.

Et ad priora verba redeuntes, quod ius sit ars boni & æqui, posset primum inferri ex hoc, nobis licitum non esse, diebus festis studere, docere, vel scribere, ne forte cum aliis prædicauerimus, reprobi efficiamur, iuxta Apostoli dictum. 1. ad Corinth. 9. & ita tenet etiam Azo. in summa C. de fer. & Ray. de furli. in prohe. supra in §. 2. per illũ tex. scientiam legalem artẽ pariter appellantem, quæ dicto tempore exerceri non potest l. diuus, ff. de fer. De consuetudine tamen seruatur contrarium, imo quod permisisse etiam videtur glo. in d. l. diuus, & in l. 2. C. eo. hoc ipsumque multis ostendit rationibus Alua. in prohe. feudo. col. 1. & 2. postea ex mente Albe. in d. l. 2. & Cardi. in c. 1. eo. ti. extra, opi. concordat, & ita etiam tenent Theologi, quod nulla nobis prohibitio facta sit, nisi lucri causa, imo quod ea ratione permittitur ex causa, quia necessitas subsit, nulli legi subiecta,

cta,vulga.l.1.ff. de offi.con. & vt per eos latius.

Secundo inferri posset non ab re, si hinc quoq; dicimus Iudicem virum bonum, vtpote ministrum iuris l.2.§.post originem, ff.de ori.iu.l. vir bonus ff iudi.sol.l.domos ff.de lega.1.l.3.§.1.ff. de an.le.l.meuia §.fi.ff. eo. quodque in initio vrbis Romæ, omnia manu à regibus gubernabantur vt in d.l.2.in prin.quam bonum ueteres appellabant,sicut & mane,& per antiphrasim manes inferi,quia boni non sunt. Florentiæ etiam decem uiri ab integritate iudicij, famaq; probitatis boniuiri uocantur. Veneti rursum D.nostri,huiusmodi sunt, seque subditi compromittunt in eos, utpote uiros bonos, adeoq; est uerum, Iudicem dici uirum bonum, ut pro eo semper præsumatur l.herennius §.caia.ff.de euic.c.in præsentia de renũ.ita ut hac de re,nec in sententia teneatur caussam exprimere,qua motus fuerit ad iudicandum c.sicut & ibi Feli. de re iudi. plenè Ias. in l. edita col.4.C. de eden. Et si ex dicto unius boni uiri, caussetur bona fides, idest iusta credulitas, ut in l. Titio fundus inquit glo. ff.de condi.& de.Bal. in c. sanctorum de præscrip. & in c. ueniens ad fi.de testi. Boer. decisio.211. nu. 20. par.2, multo fortius caussabitur ex dicto ipsius.

Tertio inferri posset dixisse Iurecon. boni & æqui artem esse, quia non est satis quid bonum fore, nisi & ipsum quoque æquum sit, uel ius ipsum intelligamus, uel iudicem iuris & iusticiæ (ut diximus) ministrum l.diuus ff.de resti.in integ. l. quod si ephesi ff. de eo quod cer.lo.l. placuit C.de iudi. Et hoc regulariter,quoniam supra-

pradicto casu fallit & limitatur. Et nouissime declarat etiam Pau. Cast. consi. 83. col. 1. & consi. 256. ad fi. uol. 2. Et ad propositum quia alias quod non est ex æquo & bono, strictum ius dicitur, alij summum uocant, ex quo hinc dixit Ennius summum ius summa iniuria. Et cum prætor Cassius esset inexorabilis effecit, ut eius tribunal reorum scopulum diceretur; Volebant igitur ex his omnino Stoici ęquitatem, iusticię sociam esse. Et ad idem plura docet Abb. in c. Iurgantium col. 1. de re iud. Nec ab re rursum his uerbis utitur Iurecon. in l. Imperator in §. si centum ad fi. ff. de lega. 2. non enim æquitas hoc probare patitur. Et in l. cum pater in §. cum existimaret ff. eo. rationibus æquitatis, & perpetui edicti exemplo. Dixitque Bar. in l. 2. in §. Cato col. 4. ff. de uer. ob. quod huic æquitati maxime deseruit officium Iudicis in actione bonefidei. Et plus quod ipsimet iurecon. æquitatis arbitri appellantur. c. responsa 2. d. Non prætermittentes tamen, quod æquitas hęc, debet esse à iure ipso informata §. oportet in auten. de iudicib. Abb. in c. ex parte col. 2. de offi. del. quod est finis generis iudicialis, vt deliberatiui vtilitas, & demonstratiui honestas. Et quod denique vna est iuris non scripti, altera scripti, illa soli Principi competit concessaque est l. 1. C. de legi. ista cuicunque Iudici d. l. quod si ephesi & alijs vt supra, declarat Bar. in l. ubicunque col. 7. ff. de int. ac.

Additio.

Inquit adhuc Iurecon. quod ius est ars, & bene vltra dicta per glo. & docto. hic, nec aliud quam

cogni-

cognitio rei, longo vſu confirmata, ex certis Principijs, certas quoque concluſiones habens, ſicuti Lana ſæpe tincta nouo colore inficitur. Et ita Latini veteres, & Græci artem pro ſcientia capiunt. Ariſto. vero artem mechanicis, ſcientiam ſpeculabilibus, & prudentiam pratice materie aſcribit.

In ea. lege ibi, cuius merito quis nos ſacerdotes appellat. qua ratione hoc dictum ſit glo. declarat. Adde tu quod non ab re ſacerdotes, doctores, & literati eſſe debent, quos diuina prudẽtia columnas immobiles, in ſue fulcimentum Eccleſie ſtabiliuit c. qualiter 2. §. 1. de accu. ſpecu. in prohe. nu. 5. quod etiam figura deſignatur, Gene. 3. ad fi. cum Dominus eieciſſet Adam de Paradiſo propter peccatum, collocaſſetque Cherubin, & Flammeum atq; verſatilem gladium ei dediſſet ad cuſtodiendam viã ligni vite, quoniam Paradiſus eccleſia eſt, Cherubin ſcientie plenitudo, Gladius lingua, Flammeus propter charitatem, verſatilis ideſt prõptus ad omnia, vt de fide rationẽ redderet, ad cuſtodiendam viam, ligni vite, ideſt veritatem fidei Orthodoxe, per quam peruenitur ad vitam. quodque præceteris vt ſacerdotes Iurecon. ſunt honorandi. In legenda enim S. Martini Epiſcopi ſcriptum inuenimus, cum ipſe ad prandium, eſſet à Maximo Imperatore inuitatus, bibiſſetque, poculum non Imperatori, ſed ſacerdoti porrexit, eum eſſe digniorẽ exiſtimans. Nec immerito dij ſacerdotes appellati ſunt pſal. 81. Ibi ego dixi dii eſtis. & etiam 17. d. c. 1. & prophete, qui talem animum gerere debent, qualem in cane deſcripſit Pieri. Valerian. in lib. hyeroglif. 5. &

seruit ad q. quia sicuti sacerdos puniri non põt pœna sanguinis, & vltimi supplicij, aut abscisionis membri, & sic in eum merum imperium exerceri, nisi degradetur c. cum non ab homine de iudi. c. nouimus & ibi Abb. de ver. si. c. degradatio de pen. in 6. pari modo puniri non potest doctor, vt per Bar. in l. 1. col. 2. C. de digni. lib. 10. dixi ego in l. imperium lectu. 2. col. 52. ff. de iu. o. iud.

Dum etiam subijcit, veram nisi fallor philosophiam non simulatam affectantes, sumitur arg. vt hic per Bal. in 1. lectu. ad fi. quod quamuis testis dicat, nisi fallor, probat tamen quod asserit, & affirmat, & vltra eum idem habetur, in l. 1. in prin. ff. de excu. tuto. & in l quid tamen in §. fi. ff. de arb. not. Bar. in l. 1. ff. de ven. inspi. Et quia interdum testimonium de credulitate admittitur l. 2. §. item labeo. ff. de aqua plu. ar. latius Pau. Cast. cõsi. 143. col. 3. vol. 2.

§. Huius Studij: In Ecclesia est vsus publicus, inq; ea versatur cõmunis vtilitas, vt hic legitur, & in c. quid ergo 24. q. 4. ex quo Bar. alibi dicebat & bene quod hac ratione valet dispositio, si instituatur Ecclesia fratrum minorũ, in tracta. minorica. d. 4. c. 1. col. 1. & 2. & Deci. consi. 151. col. 8. vol. 1. quod Papa, ex promissione respiciente honorẽ & dignitatem vniuersalis Ecclesiæ, vt concilium pro ipsius reformatione congregetur, efficaciter obligatur, nec potest aliquo modo absolui, & quoad obseruationem iuramenti, & promissionis prædictæ astringi potest. Et dum dicit tex. adhuc, quod publicum ius in sacerdotibus

consistit, inferebat Seysel. quod obligatus defendere rempublicam, tenetur defendere sacerdotes, Adde tu & doctores, qui sacerdotes quoque appellantur ut supra item clericos & magistratus in l. ut uim in repe. col. 32 ʒ. eo. Et ideo dicit ēt Pau. Cast. cōsi. 157. in prin. uol. 2. qđ clerici possūt uti beneficijs statutorū laicorū, sicuti alij laici de populo, ex quo reputantur de uniuersitate populi, ut ecclę de uniuersitate edifficiorū. Et cū sit rursū magistratus persona publica, poterit contra regulā l. stipulatio ista §. alteri ff. de uer. ob. alteri stipluari, ut tabelio, & quiuis alius officialis publicus §. si quis alij ubi glo. insti. de inuti. stip. Bal. hic & Bar. in autē. generaliter C. de ep. & cle. Abb. in c. ad reprimendam, in pe. not. de offi. ordi. & in c. pastoralis in §. 1. de offi. del. imo quod potest stipulari alteri etiā sibi non subdito, ex quo actus stipulationis uoluntarius est ut in d. locis not. Et limitabuntur quæ habentur, in l. fi. de iu. o. iud. & in pulcherrimo casu officialium camerę Apostolicæ stipulantium Domino Plumbini, tradit Deci. consi, 5. nu. 12. vol. 3. Dicunt quoque Ferrarien. in l. 1. col. 3. C. de pac. quod Iudex confessionem rei potest acceptare, parte absente, ratione prædicta. & habetur etiā in l. eum pro quo ff. de in ius uo. & p Bar. in l. postq̄ liti, eo. ti. & in l. licet col. 1. C. de pac. qđ licet pactū, de quo ibi inter priuatas personas factū nō ualeat, ualet tñ factū inter publicas. Additio.

Ad uerbum de quo supra ius est ars boni & æqui, quod non modo sic capiatur hic, verum etiā multifariam, adde & uide ad saturitatem luc. de

pen. in rub. de iu. fi. col. 1. & 2. lib. 10. vbi plura quoque quod non ſemper æquum ſit, nonnihil Bal. in rub. de conſti. in prin. poſſeque etiam ex aliorum ſententia ſic dici, quod ſit legitime atque vſitate, in rebus, cauſiſque ciuium, æqualitatis cõſeruatio. Vel & aliter quod ſit decretum maioris poteſtatis ad tuendum ciuitatis ſtatum, ex æquo & bono inſtitutum. Alij quod in æquo eſſe dicuntur, quicunque æquè liberi ſunt, & viuere æquo iure, quibus eedem leges, omnino impoſite ſunt. Et nimirum (ſubijcit) iuſtitiam namque colimus, quia veritatem adoramus, vt inquit Bal. in c. licet in prin. de offi. ordi. Item æquum ab iniquo ſeparantes, quia non conueniunt, nec à ſimili vtile per inutile vitiatur c. vtile de regu. iu. in 6. l. certi condictio. §. quoniam ff. ſi cer. pe. & ideo dicebat idem Bal. in c. damnamus in prin. C. de ſuma tri. & fi. catho. quod licet in vno Origenes errauerit, in aliis tamen vbi error non eſt, improbari non meruit. quodque hereticus in vno capitulo, non propterea eſt hereticus in aliis, exempli gratia in hereſi grecorum, de proceſſu ſpiritus ſancti. Et in ſimili plura in l. ſi ex falſis C. de tranſac. quale illud quoque vulgatum Pli. in prohe. natural. hiſto. nullus liber tam malus, qui in aliqua parte prodeſſe non poſſit.

¶ Et quia Bar. hic de copula aliqua dicit, dum æquum & bonum (vt ſupra) inuicem copulantur, quod quando cadit inter duas orationes, ſi eas nõ copulat reſpectiue per modum accidentis, non requiritur concurſus, adde, Alex. conſi. 110. col. 2. vol. 3. & col. 4. ibidem multa. Et declara ipſius

natu-

naturam esse in casu dubio ampliare, vsque adeo vt si in dispositione dicatur, Centum dari militibus & doctoribus, quod non intelligetur dari debere illi qui sit doctor simul & miles, sed centum militibus, & totidem doctoribus, vt hic per Bal. & probatur in l. quintus ff. de au. & ar. lega. & in l. qui concubinam in prin. ff. de lega. 3. Bar. in l. ea tamen adiectio ff. eo. Alex. consi. 25. nu. 14. vol. 7. Et diuidere l. reos §. cum in tabulis ff. de duo. re. l. 1. C. si plu. vna sen. Deci. in rub. si cer. pe. lectu. 3. col. 1. Et quod communiter vtriusque concursus exigatur l. si heredi plures ff. de condi. insti. l. si ita quis ff. de ver. ob. l. si is qui ducenta §. vtrum ff. de reb. dub. vel proferatur à lege, vel ab homine, maxime quando respectu eiusdem substantiui certi & limitati, adiectiua copulantur, tradit post Bal. in d. l. qui concubinam, & in l. gallus in §. etiã si parente ff. de libe. & posthu. Bertrand. cõ si. 127. nu. 27. vol. 3. vbi alia etiam multa.

§. Ius Naturale, Propulsare iniuriam est de iure naturali, cle. pastoralis de re iud. glo. uero hic ait, quod est de iure gentium, & alibi quod imo est de iure ciuili in l. 1. C. unde ui, cur igitur tam uarie? Pro sol. breuiter dicendum est, quod aut quærimus de defensione persone & tunc ista dicitur de iure naturali, l. vt uim. ꝟ. eo. l. 1. §. cum arietes ff. si quad. pau. fe. di. d. cle. pastoralis, aut de defensione rerum, & ista est de iure gentium, quo dominia earum etiam inuenta introductaq; fuerunt l. ex hoc iure ꝟ. eo. aut de moderamine & forma defensionis, & hæc est breuiter de iure ciuili

ut in d.l.1.not.fusius, & in præallega l. ut uim, & ibi alias dicemus.

POMPONIVS LIBRO ſingulari, Enchiridii.

Veluti: Per iſtum tex. dicunt omnes in l.2.C. de in ius.uo.quod parere Iudici & magiſtratibus eſt quaſi ius naturale, unde poſtea dubitatur & non ab re, an ruſtico non parenti, parcendum ſit ob ruſticitatem, de quo ibi & in l.1.in §. fi. ff. de eden.& aliud ad idem quoque Soci.in l.1. col. 3. ff.de cond.ind. quod ſentẽtia inducit naturalem obligationem, non ex conſenſu ut ibi per Bar.ſed ex illa æquitate ut maioribus pareamus. Et Seyſel.in l.ille à quo in §.ſi quis filius ff.ad treb.quod maior eſt poteſtas publica, quàm priuata, ideſt patris, quodque tex. ille in hoc ſeruit ad q. hic tactam an potius patriæ parendum ſit, quam parentibus, et deciſam (Addas tu) illi potius quam iſtis parendum eſſe, cui etiam primum naſcitur, ciuis l.1.§. et generaliter ff. de uen. in po. mit. l. poſtliminium §.filius ff.de capti. et poſtli.re. Bal. in c.1.in prin.col.3. de pa.iu.fir. in uſib. Et ideo maiorem affectionem debet habere ad patriam quàm ad patrem, ut hic per Bar. et ſi pater filium rebellem interfecerit laudandus eſt, imò et præmio afficiendus l.minime et ibi idem Bar.ff de religio. nec eſt ciuis adhuc teſtis idoneus, aſſumptus pro patria, cum eidem poſſit imperari l.Idonei ff.de teſti. late Pet. ſanc. in ſingu. ſuis 24. Et pulchrum uerbum dixit Bal. in l. palam in §. quæ

in

in adulterio col. 1. ff. de ritu nup. quod Imperator et Respub. parit tunc cum nascitur ciuis, sicut mater. Et Alex. in l. si ita stipulatus in §. grisogonus col. 4. ff. de uer. ob. quod ciuitas ita ciuem uendicat, ut pater filium, et est not. ampliatio ad tex. in l. 1. in §. per hanc ff. de rei uen. et ad propositum illud Cice. etiam facit in Som. Scipio. Chari sunt liberi, Chari parentes, sed omnes charitates una complexa est patria. Quod etiam Barba. retulit ubi alia multo plura in materia, consi. 134. col. 2. inter alia Alex. posito uol. 4. dicebatq; Plato ille, quo nihil maius habuit Græcia, relatus pariter à Boer. in tracta. de auctorita. magni consilii par. 3. col. 6. nos non solum nobis natos esse, sed patrię parẽtibus et amicis. Et si sit aliquis, qui defendat patriam, cum sit loco patris ciuibus, nõ poterit absque uenia in ius uocari §. eos autem in auten. ut iud. sine quoquo suf. tradit Ange. in l. generaliter ff. de in ius uo. Ias. plenè in §. penales nu. 69. insti. de actio. Et ad idem dicit etiam Bar. in trac. de Gelph. et Gibelli. col. 4. quod quilibet in dubio præsumitur esse eiusdem animi et affectionis, cuius etiam est patria sua, cum sit quoque de præceptis iurisgentium, ut parentibus et patrię primum pareamus, signanter per istum tex. Et nimirum quod plus ciuitatem et patriam, quã nos ipsos diligamus, seu diligere et amare debeamus, ex quo ad ipsam ordinatur homo, non secus ac partes ad totum, et omnia ad Deum. Vnde ad huc uulgatum illud prodiit. quod utilitas publica est semper priuatæ præferenda l. unica §. fi. C. de cad. tol. imò quod salutaris gubernatio esse

non

non poteſt,in qua publica commoda priuatis nō ſint anteposita. Et hoc ex iudeorum uerbis elicitur, Io.11. quando dicebant. Expedit potius ut unus,pro populo moriatur,quam tota gens pereat. Mitto quod apud Ro.homines, duo Decii ſe pro patria deuouerint,apud Græcos Codrus, apud Thebanos Menecæus, et pro Cæleneis denique Anchurus. Hannibal rurſum iuuenis admodum,minor annis quinque et uiginti,Carthaginenſium Imperator effectus, Hiſpaniam Bello ſubegit, Alpes tranſiuit, Romanorum duces tribus præliis uicit, Flamminium cos. apud lacum Thraſimenum occidit,exercitumque in Apuliam traduxit, et apud Cannas maxima Clade Romanos afflixit,et inuitus tandem ex Italia decedere coactus eſt,ut laboranti patrie opem afferret. Verum dictu mirum eſt,ad patris etiam propoſitum, quod obligatio uaſalli eidem preferatur, hoc eſt quod filius ſit magis obligatus domino ſuo quã patri, contra ea quæ hic leguntur. Niſi dicamus (et uerum eſt) nulla alia ratione id proditũ,quam iuramenti, ut ſic religio cæteris omnibus antepónatur, quoniã hic etiã dicitur, ueluti erga Deum religio. et oſtendit auctoritate Euang. dicentis, Dilige Deum tuum ex toto corde tuo,Bar.in l.1. in rep.nu.3.C.de ſacro ſanc.ec.et ita deciditur in c.1.in §.fi. et ibi Alua. in ſpecie in prin. hic fi. lex dein.con.re.incip.in uſib. Et ad patriam redeuntes dici etiam ſolet, quod eidem prima charitas debetur, quodq; ſuam quodammodo uituperat, qui alienam adamat rempub. et quod deniq; ciui nihil tuto credi pōt,qui in patriã fuerit perfidus.

Flo-

FLORENTINVS
Lib. 1. Inſtitutionum.

Vt vim Scio me dixiſſe multa ad ornatum huiuſce legis, hic in Collectaneis, & in Scholjis, ſed tñ quia natura nouas ſemper deproperat ede re formas l.2.§.ſed quia C.de uete.iu.enucle.c.1. §.ſed quia,quæ fue. pri. cau. bę. amit. in vſib.nouiſſime etiam his locupletanda eſt. Ex ea igitur plura colliguntur, tum vel maxime illud vulgatum, quod vim vi repellere licet adde & dolum dolo nectere, quodque nec amicitia violatur, ſi inimicorum iniuria vlciſcitur, & quod denique nec fidem is exigere poteſt, quã nemini vnquam præſtitit. Imò ſi Iudex tibi velit, violentiam inferre vt priuatus extra exercitium ſuæ iuriſdictio nis,quod ei poteris reſiſtere, & te tueri ac defendere l. prohibitum C. de iure fi. lib. 10. l. deuotum C.de meta.lib.12. tradit Bar.in tract.qui ſint rebel.in ver.rebellando in prin.Inno.in c.ſi quan do de offi.de.Deci.plene conſi.151. col. 4. uol. 1. Et idem in nuncio pignorante,vel grauante vltra modum, ac aliter Iuſtitiæ terminos excedente, vt per d. l. prohibitum & alia inquit etiam Ias.in §. quadrupli, col. 1. ad fi. inſt,de ac. Et idem in Collectore decimæ contra prohibitionem Cle. Si beneficiorum de deci. Si Calices, vel alia ornamenta diuinis officijs deputata loco pignoris capere voluerit, concludit Bellenzi. in tract. cha ritati.ſub.q. 90. col.1. Et ad propoſitum pulcher rimam diſputat difficultatem Nel. in trac.banni-

to.in 2.par.2.tempo.q. 31. col. 1. nunquid bannitus, indebite captus, in manibus detinentis possit occidi, & in his terminis decidit quod sic. & quod officialibus iniuste aliquem capientibus resisti possit, nouissime tradit Gramma. decisio. 41. col. 1. & Rober. maran. in disputa. suis 1. nu. 25. qđ ordinarius potest resistere delegato, aliquem iniuste in possessionem mittenti. quod tamen verum intelligi debet vt postea declarat nu. 34. si extra iudicialiter procedat ordinem sibi commissum excedendo. Et adeo fauorabilis est defensio (ad hoc enim .s̃. dicta omnia tendunt) vt sui natura mandatum non requirat l. si mater §. hoc Iure. ff. de excep. rei iud. Bal. in l. si procuratori col. 3. ff. de condic. ob. cau. neque superioris auctoritatem dicit Pau. Cast. consi. 295. col. 4 vol. 1. Si quis negauerit rursum se hominem occidisse, conuictus probare poterit, id ad sui defensionem fecisse necessario. vel si id etiam cõfiteatur, vt per eundem Bal. in c. 1. in §. item si vassallus, col. 2. de cont. inuesti. in vsib. imò qđ pro defensione permissum est Cardinalem interficere, vt inquit Ange. hic. Et Monacho contra abbatem in eum seuientem armata manu resistere dicebat Cardi. Zab. in cle. 1. in ver. præfate de sta. mo. refert & sequitur Deci. in sermo. edito, pro iustificatione concilii Pisani posito in. vol. consilio 1. post consi. 151. col. 4. Et domum vicini incendii causa destruere suadet Calcane. consi. 119. col. pe. & exclamat per istum tex. Boeri. decisio. 178. ad fi. par. 1. quod nihil est illaudabile in uia defensionis. quodque ex dicta causa bella permissa sunt, & sanguinis effusio.

sio. Et probatur vltra in l.si ex plagis in §.tabernarius ff. ad legem aqui.& in c. significasti de homici.& in l.ex hoc iure ĵ.eo.Bar. in trac.repſalia. col.3.nonnihil Ro.consi.258.nu.5. Et notandũ est, quod ad propulsandam iniuriam amici quoq; sunt vocandi. l.3.§. cum igitur ff. de vi arma.c. significasti & vtrobiq; not. de homic.Bar. in tract. represalia.col.10.

Et dum dicit istæ tex. nam quod quisque ob tutelam sui corporis &c.obseruandum est locum id ipsum habere, siue corpus fuerit indiuiduum, siue mixtum,vt idem Bar.dicit in loco preall.col. 11.Et quod bellum alias triplex est, ad defensionem vt hic, & istud omni iure est permissum. ad offensionem hocque omni iure prohibitum, & ad gloriam deniq; regnandi causa,& istud à principio prohibetur, postea cõprobatur c. quid culpatur. 23.q.1.late Pau.Cast. & ibi Seysel. post eũ latius in l.ex hoc iure præallega.col.5. ĵ. eo.

Et insuper aduertẽdum, vt hic not. & per Bal. vbi multa in l.1.C.vnde vi. quod quamuis defensio permissa sit,debet tamen esse,cum moderamine inculpate tutele.adde Nicel. quomodo & qualiter cognoscatur, in tracta. de concordan. glo. 56. & Bertran.consi.290.col.1.vol.3.

Et licet uim dixerit Iurecon.scias tñ velim,nõ hominũ propriũ esse uim inferre, sed beluarum potius, namque duo sunt decertandi genera, vnum per disceptationem, deque hoc in l.munerum in §.mixta ff. de mu. & ho. alterum per uim vt hic, sed illud proprium hominis,istud vero (vt dixi) beluarum. Et uis intelligere multifariam multis

que modis, de quibus per Bart. in tracta. Tyberiadis col.8. hic uero pro uiolentia capitur, sicuti etiam in l.2.& in l.extat.ff.quod met.causa Dixit etiam sui corporis, non tamen ut alienum excluderet secundũ Bal.in d.l.1.lec.2.col.6.C. unde ui. & est simile in l. plerique ff.de in ius uo. ibi de domo sua, quoniam nec pariter conducta excludetur.ut ibi per docto. Et idem in iurisdictione, dicit Bar.in l.1.col. 3. ff. si quis ius di. non obtempe.

Et cum omni iure permissa sit (vt dictũ fuit) defensio, uis & iniuria siue offensio, uitanda cohercendaque est, ex quo natura inter nos, cognationem quandam constituit, ut tex.met inquit. Imò subijcit quod nefas est hominem homini insidiari. Et bene ac sancte & pie, estque ex multiplici specie fidelitatis una, quæ debetur proximo, ipsũ scilicet non offendere, nec ei insidiari c. 1. & ibi Alua.ad fi.quid præced.deb.inuesti. in usib. Bar. ante eum in extrauagan.ad reprimen.col.2.& 18. & in tracta. represa 7. Et cognationis uerbum ponderandum est, quoniam ab Adamo, illo primo parente nostro processimus, suntque omnes homines ea ratione cõsanguinei ut hic not. Abb. in c.postremo col.2.de ap. Et dum dicit nefas esse, Adde quod inde nefarij dicti fuerunt indigni qui uiuant, à farre deductum, quo scelerati uti nõ debent ut Varro docet, & non ab re sic etiam virgilia. cecinit Vates. Dissimulare etiam sperasti perfide tantum, Posse nefas? tacitusque mea decedere terra?

VL-

VLPIANVS LIB. I. Institutionum.

Manumisſiones Quoque; quicquid eſt cauſa cauſe, id eſt etiam cauſa cauſati; ut hic probatur; et nimirũ ſi principalis debet attendi non ſecundaria l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cer. peta. l. uerum ff. de fur. Dicit tamen Bar. in l. uxori. ff. quan. di. lega. ced. quod cauſa mediata, quæ non eſt multum remota, æquiparatur proximæ, quodq; interdũ debet attendi pariter; nonnihil in l. ſed ſi plures in §. in arrogato ff. de uulga. & pup. ſub. ſed uerus d. Theroice Bar. in d. l. uxori intellectus eſt, quando deficit cauſa proxima, quod tunc ad conſequẽdum effectum, licitum eſt deuenire ad non multũ remotam, verum ſi cauſa proxima & remota concurrant ad eundem effectum, tunc ſemper idem denominatur à cauſa priori. l. 2. §. fi. cum ibi not. ff. de dona. l. 1. ubi glo. magna in 5. oppo. C. de pac. & not. etiam in l. obligationum fere, & in l. nõ figura uerborum ff. de ac. & ob. Seyſel. fuſius in l. gallus in §. ille caſus col. 2. ff. de lib. & poſthu. Et quod eſt cauſa cauſati regulariter, quicquid eſt cauſa cauſe, tradit etiam in not. caſu Pau. caſt. cõſi. 14. col. 2. uol. 2. declarando tamẽ quod ſi eſt cauſa ex qua, tunc argumentum procedat l. liceti §. ea obligatio. ff. de procu. Si uero propter quã minime. l. ſi quis argentum §. fi. C. de dona. fuitque declaratio Ias. in addi. Por. in §. fi. ad fi. inſt. de ſuſpec. tuto.

Seruit hæc lex nobis etiam ad aliud, quod quã

doq;

doque quis dat, quod nõ habet, & si habet, causaliter habet non formaliter, & in episcopis, alteri gladii potestatem delegantibusquoque exemplificat Bal. in c. suffraganeis de elec. quodque differentia accidentalis est, hominem fore liberum, potius quã naturalis, & quod hoc ipsum specificã differentiam non includit inter homines secundum Bar. in trac. de Alueo col. 3. alias Tyberiad. col. 41. Et adhuc quod si pater relinquat filios sub potestate matris, uidetur ipsam tutricẽ constituere, vel in manibus ipsius, idest in potestate, ut hic exponit Ias. col. 1. Bal. in c. ex parte 3. in fi. de ap. multa Boer. decisi. 124. col. 3. par. 1. Et ad manumissionem redeuntes, quod natura ipsius quoq; est, non aliquem restituere in statum priorem, sed solum detegere nubeculam seruitutis. Vnde fit ut nimirum fit etiam si cognatio deperdita nõ restituitur, quod firmat Por. insti. de cap. di. in fi.

HERMOGENIANVS lib. 1. Iuris ἐπιτομῶν.

Ex hoc Iure, Quod Bella iuregentium introducta fuerint ut hic dicitur, & licita permittantur ea ratione tradit etiam Bar. in tracta. represa. col. 2. verissimumq; est, quia dicit tex. rursum ex hoc iure, ut ipsius dictionis natura causam immediatam significaret, ad quod etiam allegari solet l. 1. §. ex incendio ff. de incen. rui. nauf. l. eo tempore §. fi. & ibi idem Bar. ff. de pecu. vnde gentes quoq; discrete sunt (ut subiicit) & exemplificat glo. in Prouincia & in Italia, hoc modo sentiens, quod

Italia

Italia prouincia non sit, & tamen contrarium est verius non secus ac Sicilia, Gallia, Germania, & similes de quibus plene in l. nationem in prin. ff. de uer. si. quæ quōdam magna appellabatur Græcia, à Grecis eam incolentibus, postea Saturnia, à Saturno rege, qui à proprijs pulsus sedibus, quandoq; in ea latuit. Et ab Italo demum sic appellata, prouinciarum opulentissima, imò domina, licet ancilla possit nunc iure merito appellari, cunctis enim gentibus bellice uirtutis auspicijs imperauit, nunc prædę & ludibrio externis nationibus relicta est, uetustumque decus, & pristinam libertatem amisit l. 1. l. fi. ff. de censi. c. nihil de elec. l. fi. & ibi glo. C. si. cen. uel reliq. Archid. in c. non uos 23. q. 5. Albe. in ver. Italia. est uerū quod alia glo. in l. oues ad fi. de abige. & Bar. in d. l. notionē voluerunt, ut hic legitur, quod solum illa dicatur prouincia, quæ ab Italia est separata: quodque hodie omnis ciuitas prouinciæ loco habeatur, & sensit quoque glo. in l. fi. C. de præscrip. longi tempo. multa Bar. in extrauagan. ad reprimē. col. 32. Et ad belli propositum, sciendum est, quod hodie domini prouinciarū, & ciuitatum, possunt ex iusta causa bella indicere. Olim uero soli populo Ro. uel Imperatori licebat, vt hic not. & non abre, quia olim etiam erat Monarchia, hodie autē dominia distincta sunt, pro vt habet in ti. de pa. constan. & quia non ita hodie posset, vel ad populum vel ad Imperatorem recurri, vt olim, quod & Gul. de cun. hic rursum declarat, & not. post eum Alua. in c. 1. in prin. col. 2. hic fi. lex dein. consuc. re. incip. in vsib. Et si pro defensione rerum orta

 sunt

ſunt, neceſſario ſequitur, etiam quod homicidia licite permittantur, vt ex multis oſtendit Seyſel. in l. vt uim in repe. col. 13. s. eo. eoque iure ſeruitutes introducte ſint, quod rurſum hic legitur & in l. frater à fratre ubi Soci. col. 2. & 8. ff. de condic. inde. Regna inſuper condita dicto iure, efficiũt ut ab eodem quoque, reges originem habuiſſe dicant, & firmat Bar. de iuriſdictione loquens in præallega. trac. repreſalia. col. 37. nec eſt de dominio dubitandum vt ibi, Dominia diſtincta, ſed aduertendum quod acquiſitio tamen eſt de iure ciuili, ut hic per eundem Bar. & docto. & addendum ſimile in bo. po. quæ eſt de iuræ prætorio communiter, licet aliquando introducatur à iure ciuili l. reſtituta § pupillus & ibi Seyſel. ff. ad treb. Et dominia dixit non proprietates, quia differunt dominiumque latius eſt quam proprietas l. 1. ff. ſi ager uectiga. l. cum res & ibi Bal. ad fi. C. de proba. Ias. in l. traditionibus C. de pac. Et qđ dominium ſit de iure gentium, modi uero acquirendi de iure ciuili vt. s. tradit etiam Pau. Caſt. conſi. 34. nu. 27. vol. 2. & plus quod aliqui etiam ſunt de iure gentium l. 1. ff. de acqui. re. do. quod que tolli illud non poteſt per Principem regulariter, niſi ex cauſa publice vtilitatis l. item ſi uerberatum §. 1. ff. de rei uen. nec metu transferri (addas tu) l. ſi metus ff. de acqui. hære. l. ſi mulier §. ſi metu. ff. quod met. cau. Fortu. in tracta. de ulti. fi. iuris cano. & ciui. nu. 448. Et quoniam (ut hic ſubiicitur) agris quoque terminis dicto iure poſiti ſunt, inferebat alibi idem Pau. Caſt. qđ inferiores à Principe non poſſunt unire territo-

ria antiquitus distincta consi.117.col.2.eo.lib. in pulcherimo casu. post Bal.in l. si eadem ff. de offi. assesso. Dicit etiam edifficia collata fuisse dicto iure,& præstat arg.vt hic Bar.inquit,quod haben tes iurisdictionem omnimodam poterũt sua pro pria loca,sine auctoritate alicuius incastellare, in que eis turres pariter extruere, & edifficare l. per prouincias & ibi Saly. C. de edifi. priua. l.opus nouum & ibi Ray. Bar. & Albe. ff. de ope. pub. l. cum eo. l. Imperatores l. cuius edifficium ff. de serui.urba.præd. late Boer. decisio.320.nu.4.par. 2.indubitatum autem de contractibus, et maxime si sit emptio uenditio, & similes; quia stipulatio est de iure ciuili §.de pecunia autem constituta insti.de ac.& dictu mirabile est quod ceteri con tractus sint iurisgentium & pariant obligationem ciuilem, stipulatio uero naturalem, cum tamen sit (ut diximus) de iure ciuili ut hic per docto. & in rub.de uer.ob.in prin. Transactio est etiam contra ctus iurisgentium sicut cæteri, ideo dubitabilis redditur glo.in l. causas vt ibi not. C. de transac. Et idem in feudo secundum omnes hic, quod tamen quoad formã specificam est de iure consuetu dinario, ut declarat Seysel.in spe.feu.de diffi.feu. q.4.in prin. sed quoad emptionem & uenditionem uideretur dicendum, quod imò esset de iure ciuili propter pecuniam, ratione forme,& auctoritatis publice,quę est dicto iure ciuili inuenta,& sine qua pecunia, emptio & uenditio consistere non potest l.pacta conuenta ff.de cont.emp.§.itẽ precium insti.de emp.& ven. Sol. (quod enim sit iurisgentium (vt dixi) indubitatum est vt hic, &

in l.eas.ff.de cap.di.not.in l. 1. in §. 1. vbi in ſpecie Bal. ff. de cont. emp.) quotiens prima principia inquirimus, quę de iure ciuili accidunt, non conſiderantur, quantū ad nominis impoſitionem ſed quoad iuris effectum l. ius autem ciuile ī.eo. & eſt ſimile in matrimonio, vt ibi not. Et quia auctoritas tutoris eſt de iure ciuili (qua inſtantia argu.ſ.factum corruit) & tamen auctoratur contractui emptionis & venditionis, quę eſt de iure gentium, ita idē Bal.in l.ſed celſus in prin.ff.de cont. emp. Reſtat ſolū quæ de obligationibus dicūtur, quod hę pariter ſunt (quibuſdam exceptis) iuriſgentium, intelligendo tamen de iuregentium primeuo, quod fundátum eſt in ratione naturali, ita vt impediat ſoluti repetitionem, ſi obliget ad aliquod beneficium in ſpecie, ſi vero in genere, ad remunerationem, tunc ſecus, vt hic not. & in l. ſi non ſortem in §.libertus, & ibi Soci.in prin.ff.de cond.inde.& quāꝙ obligationes dicto iure inuente ſint, actiones tñ ſunt de iure ciuili l.2.§.deinde ff.de ori.iu.& adhuc ſentit glo. hic, inducit Ias. & articulum diſputat plene, inſti.de ac.in pri.nu.39

PAPINIANVS LIB. II. Definitionum.

Ius autem Ciuile Clara eſt hæc lex iuncta etiā præcedenti, quod omne Ius ſcriptum in Ciuile, & prætorium diuiditur, quodque ciuile ex legibus & plebiſcitis deſcendit, prætorium uero quod prætores introduxerunt, ex æquitate illud confirmando, corrigendo, & ſupplendo. quod

etiam

etiam legitur inſt. de iu. na. in §. conſtat, & in prin. de bo.po. eo. lib. magiſtratuſque erant Romæ ad ius reddendum conſtituti vrbani & peregrini, vt dicemus in l.2.ff. de ori.iu. latius Bal. Ro. Areti. Bulga. & alij in rub. qui admit. in prin. Et quotiens ad propoſitum aliquid additur, vel detrahitur iuri ciuili, & communi, non eſt merum ius ciuile, ſeu cõmune, non ſecus, ac ſi in pactum redactum ſit, vel ſtatutum iuratum, ut inquit & declarat Bal. in rub. de conſti. nu. 10. Et in ſimili in feudo in c 1. in §. inſu p ad fi. de prohi. feu. alie. per Fed. in vſib. et Alex. in l. ſi mihi et titio col. 2. de uer. ob. et conſi. 29. col. fi. vol. 5. et conſi. 19 col. 3. eo. lib. quod erit nouum ſi inueſtituris addatur noua forma et qualitas. idemque ex alijs multis Grat. conſi. 4. nu. 10. vol. 1. Et in priuilegio idem Alex. conſi. 151. in prin. vol. 6. et in libello poſt Bar. hic Deci. ſenior in l. edita col. 5. C. de eden. Plenius diſtinguit Bal. met in c. ex parte M. nu. 22. de ap. quod quandoque confirmans procedit inueniendo materiam, et forma denominatur ab ipſo, quandoque formam non materiam, et denominatur à materia, quandoque nec materiam nec formam, ſed executionem quandam, et tunc fit denominatio à confirmato, et vt per eum fuſius, ſignanter ex not. in hac l. et præceden. Dicit etiam Rimi. in rub. præallega. qui admi. col. 13. quando quis petit, bo. po. edictalem confirmari, quod efficitur noua ſpecies et intellectum tradit Albe. in prohe. Cod. col. vlt. quod ita demum additum vel detractum nouum fit, ſi per ſe eſſe poſſit, alias non. aliquid Bar. in tracta. Tyberia. de

alueo col.4.et Bal.in l.cellus ff.de cōt.emp.quod quando prima principia inquirimus, quæ de iure ciuili accidunt non considerantur quoad nominis impositionem, sed quoad iuris effectum tantum, in pulcherima q. an etiam hodie emptio et venditio sit iurisgentium, vt olim, diximusque etiam vnum verbum in l.ex hoc iure §.eo. Si cōmitatur causa quoque iurisdictionem habenti, non propterea dicetur delegatus c. licet c. graue de offi. ordi. nisi sint verba hec in commissione, Auctoritate Nostra Procedas. quoniam tūc alterabitur iurisdictio,vt hic & in l.1.in §.si quis simpliciter ff.de ver. ob. c.cum aliquibus de rescrip. in 6.not.in rub.ff.de offi.eius.ad verbū mandata, & ibi in specie Rimi.col.pe.& in l.1.col.12.eo. ti. & in l.more,col.15.ff.de iu.o.iud.Et si aliquid addatur iuri ciuili rursum,quod noua forma dari dicitur,idem Rimi.in l.pacta quæ contra, col. 2. C. de pac.Ro.consi.45.in prin.& hec sufficiant,quandoquidem satis sit etiā quoad hec multa in collecta.dixisse,si te ibi dicta legere,non pigebit.

MARTIANVS
lib.1.Institutionum.

Nam & ipsum: Sicuti ius prætorium,est pars & quasi viua uox iuris ciuilis,vt hic, ita Cardinalis est viua vox ecclesie,vt inquit Bal. in c.cum in iure peritus,nu.1.de offi.de. Et ideo non est mirū si propter dignitatis excellentiam,solo eiusdem uerbo creditur, maxime in his quæ sibi Papa cōmittit oraculo viue vocis,vt ibi subiicit,& ad pro

po

positum habetur in c.nobilissimus 97.d. Abb.cō-
si.18.col.2.vol.2.Pau.Cast.consi.399.col.2.vol.1.
Gemi.consi.62.col.3.glo. in c. sicut de sen. exco.
Idem Abb.in c.cum à nobis col.2.de testi.Ro.cō
si.59.col.3.& consi.387.col.1.Alex.consi.28. col.
3.vol.1.& consi.31.col.3.vol.2.et consi.75.col.3.
uol.5.et consi.92.col.3. uol. 6. Bellenzi. in tracta.
de charita.sub.q.110.col.1.idem Bal.in l. legatus
ff.de offi.procon.et consi.461.col.1.uol.1. et cōsi.
310.col.2.uol. 5. Rota decisio. 714. in antiquis et
ultimo loco Bertran . consi . 265 . nu . 8 . uol . 2.et
ideo ad propositum redeuntes,et eò unde disces-
simus dicebat adhuc, Pau. Cast . consi . 453 . nu .
1 . uol . 2 . quod iusto impedimento detentus,qui
appellationem prosequi non potuit, restituitur
ex cla si qua mihi iusta causa, quæ petitio, non
est contra ius commune,ex quo est posita in edi-
cto prætoris l. 1. in fi. l. sed et si per prætorem in
prin.ff.ex quib.cau . ma.et ius prætorium est pars
iuris ciuilis ut hic.et per glo .in auten.ei qui.C.de
tēpo. ap. specu.in §. nūc breuiter post prin. de ap.
c.ex ratione et ibi not.extra eo.ti, et ut ille latius.

C A I V S L I B.
1 . Institutionum.

Omnes populi Quoniam hic populi mentio
facta est, dicam primum quod ipsius appella-
tione , ueniunt nobiles et alij, licet Rex Ro-
bertus,Neapoli duo tantum sedilia appellaret,et
putaret nobilia,Capue et Nidi,scribensque à ter
go dicebat sic in literis, nobilibus uiris,Capue et
Nidi,

Nidi, cæterisque de populo grosso fidelibus nostris &c. ut refert Afflic.in c. 1. in prin. nu. 24. de pa.iu.fir.in usib. iste Robertus fuit rex Sicilię de quo in cle.pastoralis de re iud.

Et ad id postea, ad quod lex ista ēt allegari solet, ꝙ ciuitas quoque sine auctoritate superioris, potest sibi legem condere; indubitatum fore, ut sentit Abb.in c.in nostra col.1.de iniur. Ad idem dicens etiā col.2.post Bar. hic, ubi transit in contractum,ꝙ est irreuocabilis, iusque ciuile & commune in loco, ubi uiget, fusius Alex.consi.81.in prin.vol. 2: aliquid Imo. consi. 16. col. 2. Imò ꝙ Ciuitates & populi possunt statuta condere,contrarius commune, nec potestas hæc,potest delegari. Et Ciuitates, ac populos dixi,quia inferior à principe exceptis his,non potest,vt post Bal. hic, & in l. nulli. C. de sen. dicit Alex. testatus fore communē opi.consi.106.col.2.uol.2. Et quod in loco, debet attendi,si illud limitet. consi.214. ad fi.eo.lib. Et quod nihilominus constitutio iuris ciuilis dicatur consi.144.nu.4.uol.7. Vnde sicut iudex supplet ius commune, ita supplet municipale, differentia non aliter, quam differat genus & species, & tradit ad idē Alex. adhuc post. Bar. hic & Bal.in l.1.C.vt quæ de.aduo.consi.208.nu. 3.uol.7.Et quod in municipio seruanda sit,ꝙque iuri communi possit derogare,nouissime Ro.sentit,consi.195.in prin. Soci. Iuni. consi. 28. nu. 1. vol.3. Et pau.Cast.consi.34.col.3.uol.2. Et cōsi. 305. col. 2. eo. lib. Potest quoque fieri statutum quo à successionibus forenses excludātur, & valebit, vt Ferrariæ, & Mantuæ, & not. hic & in l.

cun-

cunctos populos C. de summa tri. & fi. catho. Idē Soci. consi. 25. nu. 8 eo. lib. Non tamen Ciuitas Tudertina aliquid facere in præiudicium Papæ, Imò quod omnia statuta in derogationem Ecclesiæ vergentia, sunt ipso iure cassa & irrita, & licet olim Tudertini aliter dixerint & fecerint, mutarunt nihilominus postea vocem & opinionem, cesseruntque victricibus armis, & potius fuerunt martires, quam confessores, vt inquit Bal. in c. venientes col. 1. & 2. de iureiu. Sed ad populi propositum, quomodo potest statuta condere cum istud sit iurisdictionis, & populus iurisdictionē non habet? l. 1. ff. de const. prin. Sol. non condit legem generalem, Municipalem autem sic, dum tamen habeat etiam Collegium approbatum, vt declarat Io. Fab. in §. populus institu. de iu. nat. melius Bal. in l. stipulationum in prin. ff. de ver. ob. quod condit non virtute iurisdictionis, sed potius iure cuiusdam potestatis sibi tributæ à iure vt hic. Et idem dicit in l. cum lex in prin. ff. de fideiusso. quod lex municipalis, scilicet auctoritate iuris communis robur habet, & de materia alias in l. 1. in glo. æquitatis ff. de iu. o. iud. Et qđ populus non habeat iurisdictionem, quanquam statuta condere possit. Ex quo omne ius in Principem fuit translatum d. l. 1. ff. de consti. prin. l. 2. §. & cum lege. C. de vet. iu. enu. sicuti uniuersale mundi regnum in Christum, tradit Alex. cōsi. 16. col. 6. vol. 5. & Gemi. consi. 96. col. pe. & cum hodie imp. sit populo maior l. Barbarius ff. de offi. pto. non debet posse à populo deponi, ut not per glo. quę ita debet intelligi in c. 1. in prin. &

ibi

ibi Bal.& Affiic.nu.92.si de inuesti.feu.lis int.do. et va.oria. in vsib. Et quia de statuto hic agitur adde, quod à consuetudine, ab vsu, et a stilo, differt, ut docet Io.Fab. in §.ex non scripto nu. 2. et 3. insti. de iu.natu. Et dum dicit Iurecon. quod omnes populi, moribus uel legibus utuntur, scias ostendi posse, omnem Reip. statum his duobus constare, quod etiam innuit Cice.ad Heren. primo tit. 1. quando sic ait: Oratoris officium est, de his rebus posse dicere, quæ ad vsum ciuilem, moribus, et legibus constitutæ sunt, cum assensione auditorum, quoad eius fieri poterit. Getuli (auctor est Salust.) neque moribus, neque lege, aut Imperio cuiusquã regebantur: vnde Hora.etiam carmi. Ode 3.

Mos & lex maculosum edomuit nefas.

& libro 3. Ode 24.

Quid leges sine moribus vanæ proficiunt?

Vulgatum est quoque illud Ennij.

Moribus antiquis res stat Romana virisque.

Et quia (ut dixi) statuta pendent à iure cõmuni, quanquam eidem possint derogare, inferri potest, si leges contrariantes iuri canonico, circa obseruantiam iuramenti, non valent, ut plenè not. Bar. in l. si quis pro eo.ff.de fideiusso. quod multo minus ualebunt statuta, inquit Pau. castr.consil.61. col. 2. uolu. 2. Et in simili an possint facere spurium successibilem, consi.468.nu.22.& 30.eo. lib.& quod ad præterita non trahantur, sicuti nec lex, nisi exprimatur, eodem adhuc teste, cõsi.169. col.2.eo.lib. Rimi.in l.fi.col.1.C.de transac.

Tractatur etiam hic si statutũ dicat, uerba intel

ligi

ligi debere prout iacent, nec glosari, an tollat necessariam & utilem interpretationem, & concluditur quod non, & bene, ita idem Pau. Cast. post Bar. hic & Bal. in l.3. C. de lib. prete. consi. 441. col. 2. et consi. 467. ad fi. eo. lib. Deci. consi. 8. nu. 24. uol. 3. Bal. in c. 2. de rescrip.

Item an dictio autē, sit repetitiua qualitatum precedentium, & adhuc dicitur, quod sic, fuitque Bar. dictum, quod singulare reputat Alex. in l. filius à patre, col. antepe. ff. de lib. et posth. Deci. Seni. post eum in l. transigere ad fi. C. de transac. aliquid Soci. in l. frater à fratre col. 7. ff. de condi. ind. Et ultimo loco, an & quando relatiuum qui, declaret, uel restringat, seu augeat, ad quod resoluendum quoque dici debet, quādo per ipsum qualitas adiecta est, competens cuilibet de genere populi, quod tunc ponitur declaratiue, ut hic, & in §. ius autem ciuile inst. de iu. natu. sin autem restringit sine copula, cum copula uero auget l. ea tamen adiectio. ff. de lega. 3. not. etiam in l. cunctos populos C. de sūma tri. & fi. catho. Gozad. cōsi. 98. nu. 18. Bertrā. cōsi. 163. nu. 3. uol. 1. Pau. cast. consi. 417. col. 1. uol. 1. & cōsi. 315. et cōsi. 333. col. 2. & consi. 338. nu. 4. uol. 2. & dixi hic in collectane. & in d. l. ea tamen adiectio, ideo finem facio, & ad ibi dicta in hoc me remitto.

VLPIANVS LIB. I. Regularum.

Iusticia, Hic probantur tria, quæ in rēgēte esse debent, ratio, intentio, & stabilitas, ut pulcherri-

me declarat Bar.in trac.de regi.ciuili.col.3.ſumpta occaſione ex illis uerbis, Conſtãs & perpetua uoluntas. Et cũuirtus ſit in habitu uoluntatis, ad huc alterum ex prædictis uerbis perpendentes, datᷣ intelligi, quod nobilitas nõ eſt uirtus, inquit idem Bar.in l.1.col.9.de digni.lib. 10. Et quanquam dicatur hic, quod Iuſticia eſt conſtans, & perpetua uoluntas, ius ſuum unicuique tribuens, latius D.Thom.2.ſcđæ q.58.arti.1.adde tñ quod quãdoq; accipitᷣ pro pœnis & mulctis ad publicã vtilitatẽ inflictis l. fi. ff. de ſer.fugi.c.ad decorem de inſtitutio.Bertran.conſi.276.col.1.vol.3.aufer re etiam alicui ius ſuum ſine cauſa eſt contra ius naturale & diuinum, quibus cauetur vnicuique ius ſuum tribui debere vt hic, & in §.iuris præcepta inſti. eo. hoc idemque in duabus potiſſimum cernitur rebus, præmiis ſcilicet & pœnis, quibus (quod Solon in Athenienſium legibus ſcripſiſſe fertur) Reſpub. continentur. Sed tamen hoc idem fallit in caſibus à iure expresſis qui ſunt tres vnus in l.2.C.de communi re.alie.alius in l.2. C. de quad. præſcrip. ultimus in l. 1. & fi. C. de ſenten. paſſis. horumque ratio, honor Reipub. qui in magiſtratuum dignitate conſiſtit.l.omnem hono rem, C.de ap.c.vt debitus extra eo.ti.Bellame.deciſio.744. in fi.

PAVLVS LIB. XIIII. ad Sabinum.

Ius pluribus modis: Ex iſto tex.probari videtur, quod dicitur de actis in l.2.C.de eden.vt ibi

not.

not. quod publica sunt, vel quia fiant coram persona publica, et quidē in loco publico, aut quia ad rempub. spectant, et pertinent. Et quod sententia etiam de nocte lata valet, quia in loco publico fertur, secundum sermones maiorum vt per Alberi. in l. non minorem C. de transac. maxime de partium consensu & ibi Alex. col. 1. deq; hoc Canoniste latius in c. consuluit de offi. de. vbi & nos aliquando. Vel & nunc valere dicas ratione prædicta, in alimentis quoque, vt in d. l. non minorem ait Deci. seni. post. Bar. in l. more. ff. de fer. si sit consuetudo, ferri posse, vt Mediolani c. cū dilectus de fi. instru. Por. in §. omnis col. 3. insti. de ver. ob. vel si agatur de beneficij resignatione, & collatione, vt tradit Abb. in c. 1. de clan. despon. Gemi. & Archid. in c. si tibi absenti col. 1. de præben. in 6. Gom. in regu. de infir. resigna. quæst. 38. nu. 4. Et ad propositum vocatur ius, omnis locus, in quo sedere possit iudex salua maiestate Imperij sui, idest suæ iurisdictionis, quod etiam not. in l. imperium & ibi Rimi. col. antepenu. ff. de iur. o. iud. Et de sententia (ut s̃.) quod ferri debet, publicè non secrete, & in loco vbi ferri consueuerunt, maiorum scilicet, nouissime tradit etiā Bar. in trac. de ordi. iu. col. 5. Et idem de paribus in causa feudali, quod debent facere curiam, siue sedem pro tribunali, in loco more maiorum præfixo, Bal. in c. 1. in §. præterea col. 5. de prohib. feu. alie. per fed. in vsibus, vbi etiam Alua. col. 3. & 4. Et in cōfessione facta coram suo Iudice, vt præiudicet, dicit Are. quod fieri debet in ipso iudicio iudice sedente pro tribunali in c. at si clerici in

prin.nu.9.de iudi. Et quia Iudex (vt dixi) ius red dit in loco maiorum & non in domibus priuatorum, testis regulariter ad ipsum ire debet, non ipse ad testem l. iubemus §. omnes C. de ep. & cle. autẽ sed iudex C. eo. Bal. in c. si qui testium ad fi. de testi. Omittentes istud verbum ius, pluribus modis dici, vt hic, fusius Io. An. qui vigintiduos enumerat in prohe. Mercu. de regu. iu. col. 4.5.6.

MARTIANVS LIB. 1. Institutionum.

Non nunquam, Pro ista lege facit tex. in l. ius agnationis ff. de pac. & in l. iura sanguinis ff. de regu. iu. & signanter glo. per istũ tex. in d. l. ius agnationis Io. And. in Mercu. de reg. iu. in prohe. col. fi. ver. quartodecimo ponitur.

FINIS.

M. MANTVAE NOVA PARAPHRASIS AD TIT. DE ORIGI. IVRIS

Caius lib. I. ad legem XII. tab.

FACTVRVS, ibi verbosos commentarios, nota quod verbosus vir odiosus est, ut legitur etiã psal. 14. quódque hoc ipsum maxime in testibus procedit, vt scilicet verbosi non sint, qua ratione proditũ est quoque, ne teneantur, si interrogati non fuerint, rationem sui dicti reddere, ut per glo. in l. solam C. de testi. Bal. in c. cum causam nu. 46. eo. ti. & communiter breuitas commendatur, prolixitas verò reprehenditur l. gallus §. quidam recte, & ibi. not. ff. de lib. & posth. Cato tamen à Cæsare viator appellatus est, quia breuitatem amabat nimiam. Et quia quæ (vt Demosthenes dicebat) sciẽtibus vtilia recordatu, ignaris pulcherima auditu, & admiratioue plena sunt, prolixitate molestiam non pariunt; dixique ego in l. lecta in prin. lectu. 3. ff. si cer. peta. quod verbositas nihilominus, sepe Iudicis moueat stomachum, tradit etiam Diuus Hiero. super Hiere. Et

vt

vt hic imp. quoque in l. ampliorem in §. in refutatorijs C. de ap. & dicit Spe. in §. 1. nu. 73. de testi. quod contra testem verbosum præsumitur ut supra. Et Abb. in c. fraternitatis eo. ti. & in c. prudentiam de offi. de. quod ubi quis potest respondere duplici quæstioni vnica responsione, eidem non est respondendum separatim. Estque argu. in l. dominus testamento ff. de condic. inde. & in cle. auditor de rescrip. Quamobrem consuetudo forte, superfluas probationes inducens reprobatur c. 2. (vbi not. tex.) de proba. Aduocatus rursū verbosus repellendus est l. ex ea ff. de postu. Et libellus si hoc vicio non caruerit ad breuitatem reducendus inquit Abb. in c. cum ecclesia col. 4. de cau. po. & prop. & iam factum est tritum sermone prouerbium, illud poete vulgatum dicteriū, cum prolixitati occurrimus.

Scriptus & à tergo nec dum finitus Orestes.

imò ad idem (aiunt Grāmatici præsertim Valla) quod verba composita in vsu non sunt exquo nos duas voces habere idem significantes superuacaneum videtur, quodque ingrata est, redundantis orationis copia, nō minusquam alui profluuium. Ex eoque potissimum liquet, quia frustra dicemus Ciceronem facundie latine parentem, causas forenses & iudiciales agere, cū sic & breuius dicere possimus, Cicero causas agit. Frustra inquam, si sic Ratio differendi, dicendiq; facultas, & vis oratoria multitudini, legibus, & magistratibus constituta perquam necessaria est, quia sat erit dicere, quod Rhetorica ciuitati est necessaria, Non secus ac Pacuuius amphio, quem, cum

dixiſſet quadrupedem tardigradam,agreſtem, humilem, aſperam, capite breui, ceruice anguina, aſpectu truci, euiſceratam innanimam cum animali ſolo,non intellexerãt Attici,niſi aperte ſubieciſſet teſtudo eſt. Nec ſibi vult aliud iurecon. in l.ita vulneratus ad fi. ff. ad legẽ aqui. ibi vnum propoſuiſſe interim contentus ero, niſi breuitate prolixitatem tollere,& eidem(vt diximus)occurrere. maxime quia veritas quam inueſtigare ſeu inuenire quotidie contendimus in paucis conſiſtit,vt ait Feli.conſi.45. nu.1. eſtq́ue vſitatus quidam modus dicendi ſic.Paucis agam citraq; prohemium tibi reſpondebo. Chilo Lacedemonius etiam erat in dicendo breuis admodum, ita vt Ariſtogagoras mileſius hac de re illum loquendi modũ Chilonium (Laer. teſtis eſt grauiſſimus auctor)appellaret. Si nimia tamen fuerit breuitas nec ipſa laudem habebit, quo vitii genere notatus eſt inter græcos Thucdidies, & inter latinos Perſius,vnde fit vt non ab re dixerit Hora.

Breuis eſſe laboro,obſcurus fio.

Et Craſſus apud Ciceronem. Dictum eſt à me Paulo obſcurius, ſed experiar ſi poſſum dicere planius.Phocion breuitatem amabat,Lacedemoniorum etiam peculiaris, tantaque tex. fforum compoſiti ſunt, vt vnumquodque verbum, non ſine myſterio poſitum eſſe videatur, quod atteſtatur Bal.in l.ſi mandaſſem col.2.ff.man.eſtq́ue arg. in l.1.& 2.ff.quod met.cau.nec alia ratione figura deſignatur quantum prolixitas, adhuc odioſa ſit, quæ pleonaſmos uocatur,ideſt adiectio uerbi ſuperuacui,& macrologia,nõ aliud ſonans rurſum,

quam

quam longiloquium res non necessarias continens,& de quibus alias in c.forus de uer.si.

Dicitur etiam hic quod in omnibus rebus id perfectum est, quod ex omnibus suis partibus constat adde & declara,principio,medio, & fine, & concordantes allegat glo. & in not. casu ita arguit etiam Gom.in regu.cancel.de po.trienna.q. 45.nu.4.Io. And. in regu. cum sunt partium, col. 2.de regu.iu.in mercu. Et idem de toto dicitur, quod omnes partes includit pariter, & non totũ, siue imperfectum,quod partes nõ habet, habens se tamen ut plus & minus uerbi gratia,uia, actus, & iter, declarat Bal.in c.1.in prin.ubi Afflic.quoque nu.87.de cap.qui cu.uen.in usib. idem Bal. in l.qui usumfructum in prin.ff.de uer.ob.Et ad propositum exemplum erit in donatione, quæ perfecta tolli uel mutari non potest,uel ei aliquid adiici, nec secus in feudo dicemus nisi adsit consensus partium l. sicut C. de ac. & ob. tradit adhuc Bal. consi. 327. in prin. uol. 1. & quia imperfecti mentio facta est,scias quod Deus nõ nouit imperfectũ opus c. maiores de Baptis.quodq; cedit perfecto sicuti fluuius intrans mare qui in ipso cõfunditur,ait idem met Bal.in c.translato,ad fi.de consti. Et quia in humanis inuentionibus nihil perfectum inuenitur l.2.§.sed quia C.de uete.iu.enucle. Specu.in prohe.nu.17, non ab re psal.138.dictum est,imperfectum uiderunt oculi tui.& inde Poëta lyricus.

Et credo dalle fasce & dalla culla
Al mio imperfetto, alla fortuna aduersa,
Questo rimedio prouedesse il Cielo. Adeo uerum

rum adhuc, quod de perfecto dictũ fuit, ut pythagorici in hisce tribus consistere firmiter asseruerint, principio scilicet, medio, & fine.

Tertio dicitur hic quod potentissima cuiusque rei pars est principium, & bene, nosque hic in collectane multa, & ad idem glo. quod dimidium facti qui bene cepit habet, ut in ea. & tex. met paulo infra, quod præfationes libentius nos perducunt ad lectionem propositæ materiæ, quodque præstant euidentiorem intellectum, cum ibi uenerimus, Barba. in l. 1. col. 31. ff. de uer. ob. unde Pau. in l. lecta in prin. ff. si cer. peta. exordio etiam usus est, & Vlpian. in l. 1. ff. eo. Et hoc est quod dixit Bal. in l. continuus in §. cum quis ff. de uer. ob. qđ remoto principio, remouetur omnis consequentia ab actu. & in l. 1. lectu. 2. in prin. ff. de iusti. & iu. quod posteriora ex prioribus cognoscũtur, quodque ordo est priorum in posteriora, & quod denique non perfecte nouit artem, qui non nouit artis principia, nonnihil Pau. Cast. consi. 261. nu. 8. uol. 2. imò quod etiam in odiosis initium spectamus ut idem Bal. ait hic, quem refert etiam Gom. in regu. cancel. de infir. resigna. q. 32. & dicimus inde quod finis ad principium trahitur ob id quia scilicet initium spectandum est l. si quis in principio testamenti ff. de lega. 3. l. si unus §. pactus uer. quod in specie ff. de pac. c. ab exordio. 35. d. Io And. in regu. prealleg. cum sunt partium col. 2. Et quod est ipso fine nobilius, cum possit etiam esse sine fine, inquit adhuc in regu. in obscuris col. 3. eo. lib. & quanquam potentissima pars sit (ut diximus) cuiuscunque rei, perfectum ta-

men consistit ex omnibus suis partibus, ut supra & idem in iudiciis, in actione de peculio et similibus c. Abbate de re. iud. in 6. l. sin aūt ff. de rei uen. l. si non adhuc in fi. ff. de pecu. idem Io. And. in regu. qui prior col. 3. eo. lib. Notat quoq; Bal. hic quod finis est extrema rei perfectio, cuius dictum reasumpsit Calcan. consi. 120. nu. 15. et ad idem nec testamentum scriptū dicitur, si aliquid scribendum supersit, ut signanter per istum tex. tradit Bellame. consi. 1. col. 5. neque tenet, vbi nō est principium, quicquid inde sequitur, inquit adhuc Bal. in c. ecclesia nu. 2. de elec. deque his multa Albe. in rub. ff. de iusti. & iu. & in l. 1. col. 1. & 2. eo. ti. & in prohe. Cod. Et quod libentius hec perducant nos, ad lectionem proposite materiæ, quodque sic semper agendum sit, ne illotis (quod aiunt) manibus ad interpretationis materiam accedamus, confirmat signanter his verbis iurecon. vsus Albe. in prohe. Cod. in prin. col. 1. veroque verius est, principia conclusionibus fore perfectiora, habentia fidem à se, conclusiones ab alijs, non secus ac lumen, quod similiter est colore perfectius, quando quidem ipsum per se, color autem per aliud, videatur. Vel intellectus, qui est mentis habitus, scientla adhuc perfectior. eoque fit sicuti sciētia sine intellectu haberi non potest, vt pari modo, nec conclusiones, absque principijs cognoscantur, pro indubitato habentes, quod intellectus rursum, sit principiorum habitus, scientia vero conclusionum.

POM-

POMPONIVS LIB. ſingulari Enchyridij.

Neceſſarium: In principio huius legis, ibi omniaque manu à regibus gubernabantur; manum intellige ideſt poteſtatem antequam forent condite actiones, hancque interpretationem habent verba hec. quod omnia executioni mādabantur. quodque poterat quiſque ius ſuum conſequi. vt declarat Ias. inſti. de ac. in prin. col. 7. Quo iure (gentium enim intellige) graue erat fidem fallere, vt idem dicit in §. in perſonam in prin. eo. ti. & lib. & clarius ibi rurſum col. fi. imò quod nec hodie ſublata eſt, cum ad iuſticiæ executionē exerceatur ſecundum But. in c. quæ in eccleſiarum de conſti. & Soci. in rub. ff. ſi cer. peta. Sed dictum iſtud non eſt tutum vt per Imo. in d. c. quæ in eccleſiarum, & Alex. in l. iuriſgentium in §. ſed cum nulla. ff. de pac. remiſſiue idem Ias. in præallega. loco proxime. Et ideo ad propoſitnm infertur, Quoſdam male dixiſſe, in l. frater à fratre (vt ibi Soci. refert. col. 2.) ff. de cōdic. ind. quod tunc poterat quisquis ſibi ius dicere.

Eſt verum ſicuti olim manu iſta regia, omnia (vt diximus) gubernabantur, quod ita hodie quicquid regi placet, legis habet vigorē nō recognoſcenti maxime aliquem in ſuperiorem, vt Franciæ, Hiſpaniarum, & ſimili, (de Papa, deque Imperatore nihil dico, quia indubitatum eſt, l. deprecatio ff. ad legem rho. de iac. l. bene à Zenone. C. de quad. præſcrip. c. cuncta per mundum 9. q. 3.)

& ad regis propositum tradit Bal. in c. cum venissent. nu. 5. de iudi. Et quod manus idest potestas intelligatur, hancque expositionem patiatur dictum verbum, facit illud psal. 30. in manibus tuis sortes meæ, dominus enim mortificat, viuificat, humiliat, & exaltat. hinc Comic. in And.

Hanc in manum dat mihi, mors continuo occupat. multa Barba. in c. raynucius col. 92. de testa. Manumissioque dicta est quasi à manu, idest à potestate dimissio. l. 1. ff. si quis à pa. fue. ma. l. fi. C. de eman. lib. Et videmus etiam quod plerunque filius sic relinquitur in manibus matris, idest in potestate vsque adeo vt à testatore tutrix testamentaria, constituta videatur l. manumissiones quoq; & ibi Ias. col. 1. ff. de iusti. & iu. multa Boeri. decisio. 124. nu. 6.

Paulus Manu. alioquin eruditiss. vir, in lib. de legi. aliter dicit, idcirco initio, regum iussa fuisse pro legibus, quia non multe erant tunc leges. At verius, quod s. dictum est, fore nos existimamus & verisimilius, iuregētium scilicet, quia actiones non dum erant compositæ, vt in §. deinde j. ea. l. omnia tunc regia manu gubernata fuisse, quo tēpore etiamnum, æquitas maxime locum habebat de qua in l. 1. ff. de pac. ibi nihil tam congruum est fidei humane &c. & in l. 1. ff. de consti. pe. & in l. 1. in §. non fuit ff. de dolo. tradit nouissime Bar. in trac. represalia. col. 6. Dicens ob id alibi, in extrauagan. ad reprimen. in ver. videbitur ad fi. si statutum dicat, in aliquo negocio de facto procedi debere, quod intelligetur manu regia.

Et mirum est amplius, quia plenitudinem designat

gnat poteſtatis,æquiparaturq; officio iudicis nobili,quod magiſtratibus noſtri temporis accomodari non poteſt,quandoquidem habeant poteſtatem limitatam,iurentque ſeruare leges & iura, vt in auten. iusiur.quod præſtat. ab his, in prin. Bal· & Pau.Caſt.in autē.hodie C.de iudi.Purpu. multa in l.legem nu.92.C.de pac manus regia ipſa vero, nec ius ſeruare teneatur, nec ordinem iuris l. princeps ff.de leg.l.1.C.de execu.rei iud.l.nullam ff.de re iud.Bar.in loco ſupra allega.Corne.conſi.10.col.2.vol.2.& conſi.114.col.4.eo.lib. Et ad idem dicit adhuc Bar.in tracta.de inſu.in ver.nullius enim,col.2.quod manus hec regia, debet ſeruari inter eos,qui nec Romano, nec alio iure ciuili vtuntur. & de materia multa ego alias in Collectane. hic.

Nouiſſime tamen Feli. in c. que in eccleſiarum col. 20. de conſti. inquit, quod licet Imperator poſſit tollere alicui actionem,quæ eſt de iure ciuili,vt hic in §.deinde etiam ſupra allega.& eſt communis opinio,non tamen poteſt facere,quin mihi iuſticia adminiſtretur, vſque adeo ut reuertamur ad illud primeuum tempus,quo non erant iurisdictiones,ſed omnia(ut dictum fuit) manu regia gubernabantur. Et quod multe quoque eſſent leges,contra receptam opinionem Pauli,indicant uerba l.Con. ibi curiatas ad populum tulit,& ſequentes,quæ omnes conſcripte extant in libro Sexti Papirij, & ibi paulo inferius, quas leges ſine ordine latas in unū compoſuit,argumentum planè apertiſſimum multas fuiſſe.

Poſthec modo ſubiicit Pompo.hic,Romulum

po-

populum in triginta partes diuisisse, quas etiam Curias appellauit, quippe quod reipublice curam habebant, Adde tu uerum fore ex hoc quoque, quia ex singulis curiis (auctor est Seruius lib. cōmentariorum 9.) deni æquites dabantur, erantq; trecenti, quorum numerum Tarquinus priscus auxit, ut essent mille & trecenti, sed nomen non mutaretur dicerenturque centurie tres, ut ait etiam Liuius lib. 1.

Verum est tamen Curie uerbum fore indifferens nobisque argumento esse ad quancunq; ius reddentem extendi posse, ut dicit Raymun. de Sabanaco in l. more ff. de iu. o. iudi. quē refert Gui. Papa decisio. 451. & ad q. infert, si dicatur. Visis actis curia sic ordinat, ut pro iudice uel magistratu loci inque curia præsidente sumatur. l. si uno ff. loca. l. si stipulatus ff. de usu. quodq; ualet sententia ita lata (subiicit) si dicatur pariter, curia ita ordinat, uel condemnat, imo quod est de stilo in illa parlamēti Delphinatus, & Parisius, ac Tholosę, dixique ego satis in lib. qui Polymathia inscribitur 4. c. 9.

Est etiam not. iste tex. quod ius ciuile papirianum dictum fuerit, non quia Sextus Papirius de suo, quicquam adiecerit, sed quia eas in unum redegit, inque libro suo conscripsit, ex quo sumit argumen. glo. Rustici dicentis. hic ager meus est, quem tamen colit tantum, & bene, non quod mendacium sit ita dicere, sed potius abusiua quædam locutio, & tolerabilis quidem, ut testamentum nullum, falsa causa, seruus manumissus, homo mortuus, contractus simulatus, & tale quid-

dam

dam l.2.§.1.ff.quemadmo.testa.ap. l. Paulus ff.de uerb.si. l.seruo munumisso. ff. de condic. inde. c. peruenit & ibi Feli. in prin. de iureiu. ubi etiam Bal.glo.istam dicit singu.

Quæ abusio tamen non cadit in statutis,ut inquit Bal. in statutis in §. exercitus nu.1.neque de ea disputandum est, sed (ut inquit Valla) de usu potius. Id unum non prætermittentes etiam,qđ abusus figuratus est loquendi modus, quem Græci (ut Quintilia.docet) Catachresin appellant.Et ut hic de sex.Papirio dicitur, deque iure papiriano, ita paulo infra de iure ciuili flauiano, dicitur pariter,quod nec ipse Flauius quicquid de suo in eo exscribendo adiecerat.

§. Exactis: Ex isto tex.ibi propè viginti annis,quasi dicat vel circa, nos uulgo, poco manco di vent'anni,elicitur decisio quæstionis, si verbũ hoc propè,aut vel circa, in instrumento inueniatur,vel sic dicant testes, propè, vel circa annos viginti, intelligi debere seu referri ad modicum vt intelligit,'& declarat Iaco. de belui. in auten. de mona.in prin.in 10.not.per tex.in §.si vero eo. ti. & lib. vbi Zosimus Abbas vixit propè centum & viginti annos sumpto arg. (vt dixi) ex isto tex. quem refert & sequitur Alex. consi. 120. col. 2. vol.2.& est similis tex.in §.deinde 1.ĵ.ea l.ibi populus propè annis centum hac cõsuetudine vsus est. Et maxime mirandum est, quod paulo infra dixerit iurecon.leges duodecim tabularum in eburneis tabulis conscriptas fuisse, imò quod sic etiam legitur in Pandectis Florentinis, & Haloandri

loandri, in tabulas ſcilicet eboreas, præſcriptas fuiſſe, quandoquidem aliter ſit, vt in Ceſare Tranquillus ait c. 28. de amicitia regum. ibi ac mox lege iam in æs inciſa, & in ærarium condita, & quamquam Valla dicat, iſtud ipſum non inueniri veriſimile eſt tamen, ut eſſent perpetue, quemadmodũ in prima Antonianarum ora. inquit Cice. & ſenſit Oui. quando ſic cecinit.

Nec uerba mināria fixo, ære ligabantur. Et Plini. longe clarius in panegy. ad Traia. ibi Quę uos patres conſcripti ne qua interciperet obliuio, & in publica acta mittenda & in æs incidenda cenſuiſtis. Et nota quod in æs ubique elegantius dicitur, & non in ære.

Ibi etiam pro roſtris, expone, ideſt in roſtris pro enim ſignificat In, quandoquidem quoque dicamus pro tribunali, pro æde, & ſimili modo, ut Sextus Pompe. de uer. ſi. docet.

Quod ēt ſeruit nobis ad id (Roſtra enim erant forum ante curiam Hoſtiliam ibique Pulpitum (auctore Liuio) ornatum roſtris nauiũ Antiarum ſeu in quo roſtra ab hoſtibus capta figebantur) quod inſtrumento reperto in archiuo publico, ſiue libris ſub cuſtodia publica, plena datur fides, etiam ubi agitur, de magno præiudicio, auten. ad hec C. de fi. inſt. not. in c. cum cauſam ubi Hoſti. Io. And. & alij de proba. c. peruenit 20. q. 1. §. illud in auten. de his qui ingred. ad ap. plene Corne. conſi. 171. nu. 10. uol. 1. & ita (ut ipſe teſtatur) communiter tenetur, & uerba pro roſtris etiam formalia ponuntur ℑ. in §. Seruius autem Sulpitius. Datur intelligi ex hoc uerbo etiam, quod ſcriptura in-

inuēta, eſt ad legē probandam, non quod eſſet de ſubſtantia, deque eſſentia ipſius, quod tamen late diſputo ego, in rub. de conſti. vbi interim tamen ita tenet per iſtum tex. Are. nu. 5. Et eſt argumentum in l. contrahitur ff. de pigno.

§. Deinde, Liquet ex iſto. §. actiones eſſe de iure ciuili, eodemque ipſa tria prodiiſſe, leges duodecim tabularum, ipſum ius ciuile, & actiones denique, vſque adeo, vt in parnaſo ſomnient quidam, cū Vltramon. in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iu. dicentes, quaſdam eſſe iuriſgentium, quæ ex contractibus huius iuris naſcuntur, de quibus in d. l. ex hoc iure, quaſdam vero ciuilis, quæ ex contractibus iuris ciuilis, deſcendunt, quia cuius iuris eſt cauſa, eiuſdem iuris eſt effectus, ſuæ cauſæ ſimilis l. manumiſſiones quoque ff. de iuſti. & iu. Ex quo non eſt uerum vt hic, & quia alias non dixiſſet tex. s̄. omnia tunc & dicto iure gubernata fuiſſe regia manu, & ita communiter etiam tenetur.

Vnum ob. tantum, quia tex. hic dicit, quod cōpoſite fuerunt, ergo prius erant, vt s̄. ibi non quia Papirius de ſuo quicquam adiecerit, ſed quod leges ſine ordine latas in vnū compoſuit. Et quia nemo potuiſſet (aiunt adhuc contrarium tenentes) ante ius ſuum conſequi l. ſi pupilli. §. videamus ff. de nego. geſt. Imò adde tu, quod verbum ipſum indicat, Componere ſcilicet nihil aliud eſſe, quam ſimul ponere, & in vnum redigere argumentum, not. in rub. de conſti. ſimul autem poni non poteſt, quod non eſt, quia non entium non

est qualitas l. eius qui in Prouinciam. ff. si cert. peta. ergo.

Sed respondetur, primum verum fore, ex quo d. verbum refertur ad Sex. Papirium, & sic ad personam componentis; hic autem ad materiam & indeterminate.

Non ob. secundum, quia imò consequi poterat manu regia, vt s. ostēsum est satis. Et ita etiam declarat Ias. insti. de ac. in prin. col. 7. sufficiebatque factum narrare, quod esset loco actionis vt in simili dicitur in c. dilecti de iudi. not. in l. edita. C. de eden. pulchre & in terminis Io. graff. in arbo. iudicio. in prin. col. 13.

§. Postea Ad fi. ibi. lege hortēsia lata, de qua etiam in §. constat. insti. de iu. natu. dic à Q. Hortensio Dictatore, seditionis sedande causa, creato anno CDLXVII. vt eo iure quo plebs statuisset; omnes Quirites tenerentur, auctor est Gelli. Plin. & Aug. de ciui. Dei.

§. Eodem tempore. Prætores erant magistratus Rome, qui edicta proponebant in albo vt quisque esset certus, qua de re eo anno dicturus erat, vimque legis habebant, vt hic & in §. prætorum quoque edicta, insti. de iu. na. & in l. si quis id quod ff. de iu. o. iud. tradit Bal. in rub. C. qui admi. in prin. ubi etiam Bulgarin. col. 1. & 2. & Ferrarien. 14. & ibi nos quoq; multa. Et ob honores idem ius, honorarium appellatum est, quasi viua vox iuris ciuilis, vt rursum hic dicitur & in l. nam & ipsum ius ff. de iusti. & iu. Et licet non habe-

rent

rent potestatem cōdendi legem per prius inquit Pau. Cast. in rub. præallega, in prin. habebant tamen per posterius, quia si ædicta erant æqua probabantur à populo, quod tamen non firmo, sed sed me remitto ad ibi dicta.

§. Nouissime: Entia nolunt male disponi, pluralitas Principū odiosa, vnus ergo Princeps, inquit Philosophus, & probatur hic, & in c. in apibus 7. q. 1. alibique dicitur hac de re monstruosum esse, qđ in vno corpore sint plura capita, in c. quoniam in plerisque, de offi. or. & in l. 3. ff. de offi pref. vigi. & in auten. quo mo. op. ep. in prin. & in simili glo. in c. non autem 7. q. 1. quod qui crederet vniuersalem ecclesiam, saltem posse habere duo capita, esset hæreticus. Et in c. esto. 95. d. quod vnus est dominus, & vnum baptisma. Et ad Ephe. 3. Pau. Quod vnum caput est pariter, & vnus spiritus: & ideo fraterno primi maduerunt sanguine muri. Nec regnum capit duos, inquit Sene. & quod omnis potestas, impatiens est consortis, tex. in c. quod autem 23. q. 7. & multa in l. fi. ff. de re. di. Feli. late in c. quæ in ecclesiarum col. 36. de consti. & nos alibi sæpe. & in dialog. 118. lib. 6. & in collectane. hic. adde nouissime Bal. in c. irrefragabili nu. 2. de offi. ordi. & Ias. in l. licet Imperator nu. 3. de lega. 1. quod Alexander Dario amicitiam petenti respondit, nec mundum duobus solibus regi nec duo summa regna saluo statu terrarum haberi posse. Et quia pax ac quies magis uni quam pluribus appropriatur, ideo consuetudo, primogeniture in Gallia valet c. 1. §. mu

lier,& ibi Bal.ſi de feu.fue.con.int.do. & agna. in vſib.Gui.Papa conſi.131.nu.3.

§. Poſt originē: Quemadmodum freno regitur equus, ita per Iudices & magiſtratus regitur ius ciuile, perque ſacerdotes ius eccleſiaſticum, ut hic dicitur, & not. in rub. de iudi. lib. 6. & in Cle 1.de offi.ordi. Dictumque fuit peculiare Alphonſi Aragonum regis olim, ſatis non eſſe leges quamquam ſaluberrimas, promulgare, niſi ſint quoque qui promulgatas defendant & tueantur. Et ad idem facit etiam quod in ſimili dicit Boer. quod ſic parum foret, ſententiam ferre, ſi non eſſent, qui eam executioni mandarent, cōſi.44. nu. 10. & glo. prius in rub. C. de execu. rei iud. ſic in oratio. Demoſthenes, Decreta ſcilicet nullius momenti eſſe, niſi alacriter exequantur. Et hac ratione arma legibus indignet, & e conuerſo, vt in prohe.inſti.in prin.Albe. in l. 1. nu .1. C. de iuſti. Cod.confir. Nec magiſtratibus licet à lege recedere, cum ſit prepoſitus ad reddendum ius ſecundum leges, vt in not. q. dicit etiam Bulgarin. in rub.C.qui admi.col.2. Et alibi Pau.Caſt.arg. ex iſto §.ſumens, quod parum foret Iudeis, ſibi conceſſum fuiſſe à Principe, vt fænus inpune exerceant, niſi vel agendo vel excipiendo, etiam vſuras conſequantur, conſi.295.col.2.vol.2. Et Deci.conſi.151.nu.12.vol.1.ſi Papa foret hereticus, quod à concilio iudicari debebit. Et Fulgo.conſi.107.col.pe.quod forma tradita à lege vel à ſtatuto ſeruanda eſt, non contemnenda, ne fruſtra condita eſſe videatur. Et pro complemento not.

in rub. de iusti. & iu. quod magistratus, sunt ministri, iura reddentes, legum architecti, & præstantioris animi heroes, imo dei ministri, & custodes publicæ tranquillitatis, neminem audientes, sed facientes, quod ius, ratio, æquitas, ac iusticia dictat, vsque adeo vt Iouis simulacrum hac de re, nullis auribus in creta, fingi soleat, & non aliud quam istud ipsum significare & innuere nobis videatur.

§. Cumque Consules: Prætor edictis solum prouidebat quantum ad vsum, & exercitium suæ iurisdictionis, vt hic & in §. prætorum quoq; edicta insti. de iu. natu. usque adeo vt id, quod dicitur in lege, iudicium dabo, restitui iubebo, & simile, semper ad sui personā referatur, quamquam postea & quantum ad omnes, omnia sint redacta ad necessitatem iuris. Et cautiones à prætore introducte, dicātur proficisci à iurisdictione ipsius, iudiciales uero à iure ciuili, interponende auctoritate cuiuscunque Iudicis ut pulcherrime declarat Seysel. in l. 5. in prin. col. fi. ff. de ver. ob.

§. Deinde cum esset necessarius: Duo, hic sunt notanda, primum, quod frumentum iurecon. escam dicit, cōmuniter est cibus hominum & animalium, vnde Virgi. Geor. 4.
Ore ferunt dulcē, nidis immitibus, escā. & Plau. Mustella.
Melius hoc anno non mihi fuit domi,
Nec qui esca vna sibi me demeruerit magis.
Secundo figuratus loquendi modus, quia de-

centum

centum viris loquens, eos decem appellat, & ita fit dum alicuius rei nomen posterius ad originem referimus, prolepsisq; seu anticipatio, figura est, vsque adeo ut centum uirorum numerus, ad decem, sub Augusto redactus sit, mirandumque est maxime (ut aliqui dicunt & bene) quomodo non nulli ausi sint, hunc locum, quasi deprauatum, restituere, & loco verbi decem uiros, centum reponere, historie ignari penitus, & elocutionis.

§. Seruius autem Sulpitius: Ad illud de quo hic, quod turpe est patritio & nobili uiro causas oranti, ius in quo versatur, ignorare, concordat tex. in l. si præses C. loca. & in c. cum in iure peritus, de offi. de. addique potest, id quod astruunt omnes, si minor, sit iuris peritus, seque lesum alleget, quod non auditur l. 1. C. qui & aduer. quos l. professio. C. de mu. pat. lib. 10. & utrobiq; not. Bar. in l. sed & reprobari. ff. de excu. tuto. Et in specie in c. cum sis in prin. de conuer. coniuga. dicit Papa, exonensi episcopo, cũ esset sciẽtia prædi ditus, quod ignorare non debuit sanctorum patrum constitutiones. Imo quod lata culpa est & dolus præsumptus, ut not. in l. 2. ff. quod quisque iu. nonnihil Bal. in c. 1. in §. iudices in prin. de pa. iu. fir. in usib. Et hoc est etiam quod dicitur. Io. 3. ibi, tu es magister in Israel & hec ignoras? & in c. 1. de consangui. & affi. quod episcopus allegans turpitudinem suam, quod sit iuris ignarus, non est audiendus, & ibi not. docto. & in l. cum profitearis C. de reuo. do. & in c. inter dilectos de dona. Et Bar. ubi etiam Deci. seni. in glo.

1. ad

1.ad fi. in l. ut responsum. C. de transac. quod si potest tibi imputari indiscreta interrogatio, quia quæras à me, id quod tu profiteris, leuato supercilio possum respondere idem quod hic dicitur, & factum iam est tritum sermone prouerbium, de quo etiam in l. præcibus C. de impub. & al. sub. Est uerum (quod pro declaratione nota) reprehēsionem fieri debere urbaniter d. l. vt responsum. præallega. s. precibus l. gallus §. quidam recte. ff. de lib. & posthu. nisi erret quis in eo quod scire debuit, quia tunc secus, inciuiliterque est reprehendendus, vt hic, & in l. domitius labeo. ff. de te sta. & not. in iuribus s̃. allega.

FINIS.

SVMMARIVM L. SVNT personæ ff. de Religio. & sump. fune.

1 HAEC lex pulchra est, & ualde allegabilis
2 Prima dubitandi ratio.
3 Secunda.
4 Tertia.
5 Decidendi.
6 Ad uerbum persona, de quo hic, aliqua.
7 Quod sunt persone non facientes locum Religiosum.

Et

8 Et quædam etiam quæ faciunt.
9 Quod non semper est uera glo. de qua in c. 1. de regu. iu. in 6. de negatiua præposita verbo pôt.
10 An edictum de quo hic seu interdictum, sit personale, uel in rem scriptum.
11 Impium est atque inhumanum quod corpora insepulta iaceant.
12 Limitatio not. in casu huius legis ad regu. l. si quis à se fundum C. ad legem Iuli. de ui.
13 Grauitas pęne arguit grauitatem delicti.
14 Sepulture locus sacer est.
15 Non Cenotaphium.
16 Multa ad id ad quod tex. iste etiam solet allegari, quod sũma ratio est quæ pro religione facit.
17 Laus Venetorum & urbis.
18 Si testator qui legauit usumfructum inferatur, in locum legatum, an efficiatur religiosus.
19 Quid si alibi commode sepeliri potuisset.
20 Quid si plura habeat prædia, omniumque vsumfructum leget separatim, an in uno possit sepeliri. Et ibi an electio sit heredis dato quod sic, et locus gratificationi.
21 Quod gratificatio non habet locum nisi in casibus à iure expressis.
22 Cum est quæstio de mortuo inferendo in hac lege, an intelligatur de extraneo.
23 An Socius possit inferre mortuum in locum communem.
24 Religionem Iudeorum, aliquando Pompeius est admiratus.

FINIS.

COMMEN-

COMMENTARIOLVS M. MANT. ad l. ſunt perſone ff. de religio. et ſump. fune.

Papinianus lib. IX. Quæſtionum.

SVNT perſonę, Quæ quã quam religioſum locum fa cere non poſſunt, interdicto tamen de mortuo inferendo, vtiliter agunt. Vt puta dominus proprietatis, ſi in fundum cuius vſufructus alienus eſt mortuũ inferat, aut inferre velit. nam ſi intulerit non fa cit iuſtum ſepulchrum ſed ſi prohibeatur, vtiliter interdicto, quo de iure dominij quæritur: aget. Eademque ſunt in Socio, qui in fundum communem inuito ſocio mortuum inferre vult. nam propter publicam vtilitatem, ne inſepulta cadauera iacerent, ſtrictam rationem inſuper habemus, quæ nonnunquam in ambiguis religionũ quæſtionibus omitti ſolet. nam ſummam eſſe rationem quæ pro religione facit.

1 Hæc lex quæ fauet † religioni, pulcherrima eſt, et valde allegabilis, Summario et diuiſione, ac caſu, facilis quoque vt in ea.

2 Pro ratione † dubitandi tamen dum dicit, dominum proprietatis, vti poſſe interdicto de mortuo inferendo, de quo in l. 1. in prin. ꝟ. eo. ti. ſi ab uſufructuario prohibeatur, identidemq; ſocium ſi inuito ſocio mortuum in fundum communem inferre uoluerit, facere uidebatur tex. in l. 2. in

prin. et in §. si usumfructum ſ. eo. ubi ad literam dicitur quod inuito usufructuario dominus mortuum in fundo in quo habet usumfructum inferre non poterit, quodque inferendo non facit locum religiosum. Idemque iuriscon. hic in prohemia libus uerbis, ex quibus quidem elicitur ac declarat, ipsius finalis mens et intentio l. pacum eius Androstenes ff. de here. insti. l. & quia ff. de pac. l. titia §. idem respondit ff. de uer. ob. Bar. in l. ambitiosa ff. de dec. ab or. fa. Bal. in l. in fideicom missi in §. cum pollidius per illum tex. ff. de usu. Et ad idē, quia nec usufructuario inferre licebit
3 inuito proprietario † nec locum ipse pariter religiosum faciet, ut adhuc dicitur in præallega. §. si usumfructum, ergo nec proprietario arg. in l. 1. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. & in l. fi. ff. de lega. 3. Scriben. late in rub. ff. de acqui. po.
4 Et per locum à speciali probatur † quia si licet heredi inferre testatorem usumfructum legantem, ut ĵ. in glo. 1. & in l. fi. cæteris prohibitū uidebitur, hoc est proprietario & Socio, in terminis huius legis, quia exceptio in uno casu, declarat & firmat regulam in non exceptuatis l. quæsitum §. denique ff. de fun. inst. l. nam quod liquide §. fi. ff. de penu lega. l. 1. ff. de regu. iu. l. legata inutiliter ff. de adi. lega. & ubique Bar. Feli. in c. quoniam frequenter in prin. ut lite non con. Bal. consi. 131. col. 1. uol. 1.

Quæ omnia tamen de stricto iuris rigore pro-
5 cedunt & non hoc casu † cum propter publicam utilitatem (hecque est decidendi ratio) ne insepulta cadauera iaceant, & quia summa est ratio quæ pro religione facit, unde (subdit iurecon.) non-

nonnunquam in Ambiguis religionum quæstionibus, hoc ipsum strictum ius, strictaq; ratio omitti solet, & bene, estque ad idem not. tex. in l. ita vulneratus in §. fi. ff. ad legem aqui ibi. Multa autem in iure ciuili, contra strictam rationem disputandi, pro vtilitate communi recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest. Et dum dicit nõnunq̃, hoc est aliqñ l. nõnunq̃ ff. de adop. l. duobus ff. de ver. si. vt j. supple tu & dic, aliqñ omitti solere, & potissimum hoc casu rõne prædicta.

Sũt personæ: quia personã dicimus, eum, qui in Scæna modo patris fam. modo serui modo parasiti, eiusdemque generis plurium vestibus ornatus, mores ac actiones, & vitas exprimunt iuxta illud Comi. in eunu. prologo parasiti personam in
6 de ablatam & militis, longè melius † forte fuisset dicere sunt aliqui, sunt nõnulli, & simile quiddam. Eoque magis quia personas etiam figuras vocamus, in edifficijs eminentes, quę aquam ore, aut mentula fundunt l. fundi §. fi. de ac. emp. tamen, quia sic etiam dicitur in l. 1. 2. 3. ff. de sta. ho. & alibi sepe, quod enumerare laboriosum foret potius, quam subtile tolerabile erit quoque isto in casu præsertim quia pro homine etiã ponitur vnde Cice. ad Attic. Velim deinde aliquid etiã in posterum prospicias fingasque quem me esse deceat, & vbi me plurimum prodesse reip. sentias æque pacifica persona desideretur.

Quanq̃ religiosum locũ facere non possunt:
7 Vt proprietarius vsufructuarius † aut socius, de quibus infra, in ver. vt puta, ubi exempla quibus declaratur regula §. hactenus insti. de gra-

di.& de his etiam in l.2.& in l.ſi locus ſupra eo.& infra in l.cum in diuerſis in prin.quæ negatiua tamen includit,quod & perſone ſint quæ faciant locum religioſum, & bene arg. in l. cum prætor ff. de iudi. & in l. Pomponius ſcribit in §. 1. ad fi. ff. de procu. & in c.nonne de præſump. & quod ſint exempla regule negatiue,affirmatiuam nihilominus includentis
8 nus includentis † ex eo probatur, quia verbo vt puta vtitur iurecon. ſanè idipſum indicante; perinde ac ſi dixiſſet,veluti, exemplum, exempli gratia, & ſimili modo locutus fuiſſet l. veluti ff. de iuſti.& iu.l.veluti ff.de eden.l. 1. §. proinde ff. de edili.edic.l.ſcire oportet §. fi. ff. de excu. tu. l. ſi ideo ff. de euic. l. vero procuratori in prin l. qđ ſi forte §.1.ff.de ſol.l.1.in fi.ff.de noua.l.& per ius iurandum §.1.ff. de acceptila.cum ſimilibus. Et quod ſint perſone quæ è contra faciant locum religioſum probatur in d. l. 2. in §. pe.& fi.& in l.3. et 4.ſupra eo. ti. vbi exempla clara quod fit à fructuario vel à proprietario,vel à ſocio,proprietario, vel vſufructuario aut ſocio conſentientibus, ſingula ſingulis referendo. Item locus ſeruiens, ſi is cui debetur ſeruitus, identidem conſentiat, vel ſi qui pignori dedit agrum in eum mortuum ſuum inferat, aut heres idem faciat, quamquam prius hereditatem non adierit,et vt in d. locis fuſius. Et ſi locum religioſum facere poſſunt ex his aliqui conſentientibus illis,quibus ius eſt prohibendi conceſſum à lege ne mortuum in locum inferant vt oſtenſum eſt, iam nō erit verum ſemper
9 † quod dicitur in c. 1. de regu. iu. in 6. quod negatiua dictio præpoſita verbo poteſt vt hic priuet potentiam et inducat neceſſitatem præciſam, vt

ego

ego ibi alias ex multis ostendi, et in l.uinum ff. si cer. peta. nouissime Feli. in c. quanto in prin. de præsump.

„ Vtiliter interdicto: Quo de iure dominii
„ queritur, aget; quia iam in proprietario exemplificarat supra, et probatur in l. 1. in §. hoc autem interdicto j. de mor. infe. ubi eo interdicto proprietatis dominus vti potest vsque adeo ut sic de iure dominij agat, quasi dicat quia dominus, et licet alias interdicta in rem scripta uideantur, quãquã effectu personalia sint l.1.§.fi. ff. de interdic.
10 Istud tamen personale † uidetur uerbaque ipsius non in rẽ scripta sed in personã, vt in d.l.1. in prin.et in §.Prætor ait, ibi Prætor ait. quo qua'ue illi mortuum inferre inuito te, ei ius est; quo minus illi eò ea'ue mortuum inferre, et ibi sepelire liceat, vim fieri veto. et de his multa alias in rub. ff. si cer.peta.

„ Ne insepulta cadauera iaceant: Quod satis
11 impium foret † atque inhumanum, vt etiam dicitur in l. si quis sepulchrum in §. prætor ait, et in l. vel quæ paterfamilias in fi. prin. & in l. at si quis in §. quid ergo, et in §. plerique, & in §. idem labeo, et in §. quod si nulla, et in l. ne corpora supra et infra eo. Ex quo fit ut neque creditor appellans ne debitor sepeliatur, audiendus sit, quandoquidem res sit, quę dilationem nõ patitur nec recipit ut in simili de alimẽtis dicitur l.de his C.de transac.l.cum hi. ff. eo. et est arg. in l.fi.ff.de ap.re.et probatur in l.fi.C.de sep. uio. et in c.ex parte de sep.Specu.late in §.in quibus nu.

10.

10. de ap. Et dictu mirabile est, licet Spoliatus ante omnia sit restituendus, etiam si fuerit prędo. l. si quis à se fundum C. ad legem iuli. de ui l. cum fundum l. colonus ff. de ui et ui ar. c. in literis de resti. spo. c. reintegranda 3. q. 1. quod tamen non restituetur sacerdos spoliatus † corpore seu ca-
12 dauere † iam sepulto, quamquam multi inhumani, et impij, quandoque hoc idem facere audeant et tentent, auaritia ducti, qua in homine, et longè magis in sacerdotibus, nihil turpius est ac fœdius imo scelestius cui (mitto quod sit omniũ malorum radix) semper est etiam uicina crudelitas famelica et egena iuxta illud. semper auarus eget. Et ad propositum sic pro limitatione dictorum iurium probatur per Inno. in c. cum liberum de sep. Feli. in c. sicut col. 1. de iude. Corse. in trac. fallen. ad regu. Spoliatus. Fallen. 3. Bononien. plenè singu. 199. imo q̄ punitur hodie impediens ne cadauera sepeliantur publicatione tertiæ partis bonorum suorum, olim uero pœna lib. quinquaginta auri, ut in d. l. fi. et auten. ibi posita C. de sepul. vio. Quæ pœna cum esset magna & grauis (Duobus .n. & septuaginta solidis constabat libra. l. quotiescunq; C. de suscepto. & Archa. lib.
13 10.) arguebat quoq; † delicti grauitatem l. sancimus C. de pen. l. 2. ff. de pub. iud. l. edicto. §. rei capitalis ff. de bo. po. Cald. consi. 1. col. 2. de accu. Eoq; magis, quia non habens in ære sub competẽti iudice tunc luebat in corpus; quod est etiam generale, vt ibi not. & in l. quicunq; & ibi diximus C. de ser. fugi. Et nimirum adhuc, quia sicuti pœna magna est carere sepultura (quanquã Delij ex more regionis mortuos non sepeliant) vt de-

clarat

clarat Bal.consi.406. vol.1.ita magna etiam impedientibus constitui debuit, sed tamen (vt dixi) aliud hodie & aliud olim,& si distinxerimus tempora concordabimus scripturas, vt inquit glo. in l.1.C.de accu. & in l. apud antiquos C.de fur. & in c. si peccauerit 2.q.1. & est arg.in c.non debet de consangui.& affi.

Nam summa est rō, quæ pro religione facit:
Et non ab re Isocra.dicebat sepulturam non humano ingenio fuisse institutam, sed à diuina potentia emanasse potius. Sepultureque locus etiā
14 sacer est † vnde Maro Aeneid.5.

Obstupuit visu Aeneas, ille agmine longo,
Tandem interpateras,& leuia pocula serpens
Libauitque dapes,rursusque innoxius imo
Successit tumulo, & depasta altaria liquit.

hoc idem existimantes euentu ueteres ut illic pueri nihil fœdum perpetrarent,aut turpe,putantes locum fore(ut diximus) sacrum,quem etiam uenerarentur. usq; adeo ut sacrilegi sint defunctorum corpora fraudantes,sacrilegiique pœna etiam cohibendi si in læse religionis crimen incidant l. 1. l.pergit C.de sep.uio.

Et sepulture diximus non Cenotaphii, Namque esto quod Marcianus fretus auctoritate eiusdem Maronis 3. Aeneid. ibi manesque uocabat

Hectoreū ad Tumulū, uiridi quē cespite inanem
Et geminas causam lachrymis sacrauerat aras.

Tumulumque ibi Seruius Grammaticus 1. Cenotaphium exponat Sacrum identidem esse dixerit in l.in tantum in §.fi.ff.de re.diui.tamen cō-
15 trarium uerius est † ut ex sententia Diuorum

fra-

fratrũ Seueri & Antonini, dixit inde Vlpianus in l.seq. & non ab re, quoniam est sepulchrum inane absq; cadauere, quod fit quotannis in memoriam defuncti, inque anniuersariis exequiis, & de quo Cenotaphio etiam in l.1. nos obiter, in figura. Casus, lectu.7.anni 1557.ff. si cer. peta.
Et ad propositum quod summa ratio sit quæ pro
16 religione faciat, ut hic expresse dicitur † & ad quod communiter lex ista solet allegari, conducit primum, quia si sint hinc inde opiniones uarie rem ambiguam facientes, hac de re, pro religione iudicat ut inquit Ias. in l.fi. in fi. C. de pac. & in auten. ingressi col.5.C. de sacrosanc. Et Corne. cõsi.149.nu.17.uol.2. Idem Ias. in rub. de iusti. & iu. ad fi. Soci. consi. 116. col. 4. uol. 1. Ro. consi.123. col.3. & Alex. consi.121.col. 3. uol. 2. & consi. 35. col.3. & fi. in fi. uol.3. & consi.204.col. 3. uol. 6. & idem dicit Abb. quodque non ita quis temere consulere debet, ubi non modica facit pro religione ratio, consi.3.col.3.uol.1. & consi. 26. col. 3.uol.2. & consi.27.col.2.eo.lib. quod in filio omnis causa ingratitudinis tollitur per religionis ingressum, maioraq; statui religionis fauore, etiam in aliorum præiudicium & bene §. sed & hec præsenti in autẽ. de sanctissi. ep. c. in præsentia de proba. & in c. Raynaldus de testa. idem But. & Calca. consi.68.col.fi. post eos, & consi. 20. nu. 14. quod conditio in testamento adiecta qua retrahitur quis à matrimonio spirituali pro non adiecta, & pro non scripta habetur: idemque Iaco. beluis. in §. sed et hec presenti preallega. col. 2. & Albe. in rub. ff orum col.2. quod ex pluribns Donatio Cõstantini Imp. ualuit, tum maxime quia fuit facta
eccle-

ecclesię. Et glo. in c. cum esses & in c. relatum de testa. quod relictum ad pias causas ualet, factum coram presbytero parrocchiali, & duobus vel tribus testibus. Et Feli. quod si quis è manibus familię eripiat clericum non punietur in c. 1. in fi. de offi. de. Et Pau. Cast. consi. 234. col. 2. uol. 2. quod iuuanda est ueritas, quæ pro religione faciat. Et hinc uidemus etiam ac legimus, quod nunciatio noui operis non habet locum contra facientem fossam ut mortuus sepeliat̃ l. de pupillo. §. si quis riuos ff. de no. o. nun. Ripa in trac. de peste nu. 138. Neque etiam quod eo die, quo quis ducit funus in ius uocari potest l. 2. ff. de in ius uo. imo quod impedito tali casu datur & competit exceptio si uocatus non uenit l. sed & si quis §. prætere a ff. si quis cau. Et probat tex. in d. l. lege 2. in
„ fi. ibi, neque funus, ducentem familiare, Busta ue
„ mortuo facientem. Quod etiam dicit Cice. in
„ Ora. pro C. Rabi. sed Iusta & nõ Busta legi debet, vt ibi (exequię enim sunt quæ mortuis impenduntur) vnde Hiero. Niger eloquentiss. sui temporis Rhetor in funere Card. Cornelij sic etiam ad propositum dicebat. Posteaquam F. Cornelio Cardinali more institutoque maiorum iusta fecimus &c. Et ad idem dicit Corn. (eò redeũtes vnde discessimus) consi. 186. nu. 11. vol. 2. si statuto de insinuatione loquenti sit renunciatum cum iuramẽto, quod nec donator nec eius heredes poterunt donationi contrauenire, quam opi. tenuit etiam Ange. in l. pe. C. de dona. Et subiicit idem Corn. in d. loco, quod hec opi. tanquã tutior pro anima tenenda est. Et Bald. in l. 1. col. 5. ff. sol. ma. quod Religiosi non inuenientes loca conuenientia, do-

minos compellunt ad sibi domos locandas. & est not. limitatio ad tex. in l. nec emere C. de iu. delib. et plus quod licet verbum simpliciter prolatum, intelligatur naturaliter, et non secundum fictionem, fallit tamen fauore religionis, vt declarat idem Bal. in l. si ita quis in §. 1. per illum tex. in prin ff. de lega. 2. Fauore religionis etiam contra negantem legatum, actio crescit in duplum, §. fi. insti. de ob. quæ ex qua. cont. not. adhuc Bal. in l. 1. col. 6. C. de fur. Et quanquam edificanti in fundo à me possesso, propria auctoritate resisti possit destruendo, fallit tamen et rursum fauore religionis, ut per Bar. in l. 1. in §. nunciatio, col. 2. ff. de no. o. nunc. Et dicit Odof. alibi, quod quanuis pactum incontinenti appositum in ipsa rerum traditione, actionem pariat l. iurisgentium §. qui nimo, ff. de pac. l. petens C. eo. non tamen parit si aduersetur religioni, in l. quamuis C. de vsu. et probatur in l. quod si locus s. eo. Et si testatoris voluntas dubia inueniatur, semper religioni est fauendum, ait Ias. in auten. si qua mulier, col. 3. C. de sacrosanc. ecc. Et alibi Imo. in c. requisisti col. 12. de testa. quod in casu illius c. non adhibetur distinctio an exprimatur nomen proprium, uel appellatiuũ fauore religionis. Et Old. consi. 152. nu. 7. in donatione castri, si generaliter facta sit ecclesiæ, quod in ea transit merum et mixtum imperium. Et longe magis fauendum est religioni illorum maxime, qui militia Dei Optimi Maximi, ad infideles expugnandos, conculcandosque hæreticos, sese presto esse contendunt, cæteris promptiores, ut pulchre docet idem Old. consi. 300. nu. 4. et hæc præceteris est decidendi ratio in c. 1.

& ibi declarat Abb. in prin. de consuet. Quam re
ligionem scilicet, tanti faciebant amplius Aet-
hiopes, ut hac de re ab externis regibus subacti
nunquam fuerint, semperque liberi permanse-
14 rint. Identidemq; Veneti, & ipsorum † urbs Au
gustissima, una hodie libertatis, pacis, ac iusticiæ
domus, & bonorum refugium, urbs inquam bene
uiuere cupientiũ, auri & argẽti diues ditior fama,
& non modo solidis fundata marmoribus solidio
reque fundamento ciuilis concordiæ, quamquã
salsis cincta fluctibus, & aquis, uerum etiam præ-
clarissimis uiris, imò Catonibus doctrina præcel-
lentibus, morum innocentia commendatissimis
& grauitate maxime uenerandis. Eolus quoque
ob pietatem erga deos, religionemque eximiam
deorum amicus uocitatus est. Et adeo sacra re-
ligiose coluit ac reuerenter Iulianus Imp. ut uul-
go etiam uictimarius diceretur. Contra uero
Cambyses insanijt, fratrem sororemque occidit
quam sibi tamen prius matrimonio copularat.
Apin Aegyptiorum Idolum percussit Sacerdo-
tes flagris cesit, & quencumque denique ipsum
colentem religione spreta prorsus Sicarijs inter-
fici mandauit. Sic contempta religione Nu-
me, Hostilius Fulmine ictus est. Inque Leones
commutati Athalanta & Hippones usque adeo
ut religioni omnino, quemadmodum ex multis
ostendimus fauendum sit. Cui tamen (quod pro
limitatione supra dictorum omnium, nota) non
ita fauendum est, ut aliis iniusticiam faciamus c.
ex tenore de fo. comp. c. nuper de dona. int. ui. &
uxo. c. quicunque 17. q. 4. l. assiduis C. qui po. in
pi. hab. estque arg. in l. 2. in §. merito & in §. si quis

à Principe ff. ne quid in lo. pub. & in l. & quia & ibi in prin. Iacob. à S. Geor. ff. de int. ac.

In glo. 1. habes (quamquam fuerit etiam in figuratione casus expedita) si testator qui legauit vsumfructum inferatur in locum legatum quod
18 fit religiosus, † & maxime si alibi commode sepeliri nõ poterat, ad quod allegat tex. in l. fi. ʒ. eo. melius probatur (adde tu) in l. 2. in §. si vsumfructum & in l. 4. in §. fi. supra eo. & in l. quid ergo in §. sed si mortuum ff. de lega. 1. Et dic verum fore de iure ciuili, alias requireretur benedictio episcopi de iure canonico, ut not. in c. pe. de sepult. Et amplius vel iussu testatoris intulerit heres, vel aliter, ut in præallega. iuribus probatur. Et si alibi commode sepeliri potuisset, intuleritque propria auctoritate, tenebitur aut sepultum cadauer
19 eximere † aut loci estimationem soluere, & forte æquius ex supra dictis. Et quamquã hoc idem iniquum videatur, quod quis scilicet rem suam inuitus vendat ad idemque cogatur d. l. neceme-re C. de iu. delib. l. non enim ff. de ac. re. amo. attamẽ quia religionis fauor tantus est, & inhumanũ quodammodo corpus iam sepultum exhumare; non iniquum istud videri debet l. is qui supra eo. quod autem legatarius sit Dominus ex eo liquet (faciebatque prius dubium isto in casu) quia recta via dominium rei legate transit in legatarium l. à titio vulga. ff. de fur. l. si tibi homo §. cum seruus ff. de lega. 1. l. 2. ff. de publicia. spe. in §. sequitur nu. 34. de actio. Aduerte tamen, vt in l. in glo.
20 allega. dicitur, si plura prædia quis habeat †; & omnium vsumfructum legauerit separatim, quod poterit in vnum inferri, quodque electio tunc

erit

erit heredis,& locus gratificationi, ad quod etiã allegari solet. Et nota quod hec gratificatio,nun
21 quam habet locum † nisi in casibus à iure expressis quorum vnus iste est; & not. alias in c. in nostra de testi. pulchre Areti. in not. casu consi. 142. col. pe.

In glo. mortuum (alia nihil habet & fuit expedita pariter) declaratur tex. cum de mortuo infe-
22 rendo † quæstio est vt hic, de extraneo intelligi debere, alias nulla dubitatio est dominũ posse sepeliri in loco communi, etiam sine ceterorum consensu l. si plures §. eo. vbi glo. quoque ad idem concordantes allegat, bonus tex. in l. in tantum in §. religiosum, de quo etiam §. ff. de rerum diui. Et nimirum quia in re sua quilibet est moderator & arbiter, etiam si ea non vtatur sed abutatur. §. disponat, in auten. de nup. l. in re mandata C. manda. l. sed si lege §. Consuluit ff. de peti. he. l. serui electione §. 1. ff. de lega. 1. & ideo lex simpliciter loquens debet intelligi in casu in quo maior sit dubitatio vulga. l. ancille. C. de fur. l. quod labeo. ff. de carbo. edic. glo. not. in l. contra maiores C. de inoffi. testa. Et ne alias sequatur absurdum inde, quod omnium mentes aspernantur, & quam maxime vitandum, quia nec identidem est de mente iuris l. nam absurdum ff. de bon. lib. arg. in l. tale pactum in §. fi. ff. de pac. Bal. consi. 223. in prin. vol. 4.

Glo. inferre, ibi postea autem, inquantum dicit quod socius potest inferre mortuum in locum
23 communem, sed quod per actionem in factum † tenebitur postea auferre, bene loquitur, nec possunt negari iura in eã allega. uerũ adde (ut dictum quo-

quoque fuit s̃.) quod præſtare poterit etiam precium rei ſue, ne auferatur, longeq́ue melius erit, humanius, & laudabilius & ſentit glo. in l. ſi quis putans in §. ſi quis in communem locum adhuc allega. in glo. ff. communi diui. Et declara in loco puro intelligi, quod non ob id fiat religioſus ut ſentit glo. in prin. & quod (ut dixi) teneatur ſocius inferendo actione in factum, uel auferre, vel eſtimationem ſoluere. Et hoc ideo, quia in commune ſepulchrum alias etiam ſociis inuitis inferri poterit ut ibi & in §. in commnnem autem locũ inſti. de rerum diui.

Glo. ſequens fuit expedita in tex. neque finalis habet difficultatem, ſolum enim inquit, quamquam in ambiguis religionum quæſtionibus, ſtricta ratio omitti nonnunquam ſoleat, quod tamen in multis caſibus æquitati contraria eſt, adde nimirũ fore, quia ſumma etiam ratio eſt quæ pro ipſa met religione facit ut in tex. Et nouiſſime hinc dicimus quod iuſticie pars eſt, qua uita conſtat, quaque homo præſtat cæteris animantibus, & quod omnes Deo, ipſius uinculo denique, obſtringimur. Quàm tanti faciebãt etiam non modo Aethiopes (ut s̃.) uerumetiam Iudei olim (authore Ioſapho) ut in eiſdem, inq́ue bello ipſo formidoloſo, & ſanguinis pleno, ac exundanti, quo
24 tidie † ſacrificantibus ac ſi pacem habuiſſent, nõ parum Magnus admiraretur Pompeius & hec ſint ſatis ad hanc l. exornandam, ut pulchra, ex his tamen & amplius reddatur pulchrior. Laus Deo Opt. Max. Die duodecima Iulij. 1559. Patauij

FINIS.